Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Possel

# Syntaxis Lingvae Græcæ Recognita, Et Mvltis Vtilibvs Regulis ac Exemplis aucta

Rostochii: Lucius, 1574

**http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1769631216**

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN




Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1769631216/phys_0001

22-a-11.

Cc-6665. 1.2.3

C.III.c.3583 1.2.

Universitäts Bibliothek Rostock

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1769631216/phys_0002

~~Sum Conradi Lepelini~~

Der Herr ist Simon Gott

~~Mathias Randoll~~

~~Anno Domini~~ mea christus

Der ~~1587~~ Spes mea Christus

Spes

~~Spes~~ Spes mea Christus.

leiden vnd meiden ist mein Orden

Lirger ist offt besser worden.

quem vidistis pastore

Sum ~~Conradi sepelini~~ Simon Gottschalcus

Simon Gottschalcus

Anno Domini 1591

Tota Vita. Dies Vnus

Anno 1620

Emi Rostoch

ΣΥΝΤΑΞΙΣ

# LINGVAE GRÆCÆ RECOGNITA, ET MVLTIS VTILIBVS Regulis ac Exemplis aucta.

Autore

IOHANNE POSSELIO.



Cum Cæsareæ Maiestatis Priuilegio.

ROSTOCHII

EXCVDEBAT IACOBVS LVCIVS TRANSYLVANVS.

ANNO M. D. LXXIIII.

Universitäts Bibliothek Rostock

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1769631216/phys_0005



# ΤΟΙΣ ΠΕΡΙ ΤΗΝ ΕΛΛΗΝΙΚῊΝ ΣΟΦΊΑΝ ΣΠΟΥΔΑΊΟΙΣ, ΧΑΊΡΕΙΝ.



Ἑλλήνεσσι σοφὴν φύσιν, ἑλλήνεσσιν ἁπάντα
ἡδυεπὴς κομψῶς μοῦσα ἔδωκε λέγειν.
εὑρεταί εἰσιν ὅλης σοφίας ἕλληνες ἀγαυοὶ,
παντοδαπῶν τεχνῶν χ' εὑρεταί εἰσι καλῶν.
τέχνας ἢν ἀφέλῃς, τί βίος πολύμοχθος ἐσεῖται
ἄλλο βροτῶν, εἰ μὴ οὗτ' θανάτοιο σκία;
λέξεις ἢν ἀφέλῃς ἑλλήνων ἱμεροέσσας,
γλῶσσα τί ἐσσεῖται, εἰπ' ἄγε, ῥωμαϊκὴ;
χωλὴ, καὶ ἀτελὴς, ἀνάπηρος, πάμπαν ἀηδὴς,
ὠκυμόροις ὀλίγον χρησίμη οὖσα βροτοῖς.
λέξω ἔγωγε σαφῶς, ὅσ' ἐμοὶ φίλον ἦτορ ἀνώγει
ἐμπάζεσθε λόγων, ὦ νέοι ἐσθλοὶ, ἐμῶν.
πρὸς θείαν τε καὶ ἀνθρομέην σοφίαν συνάπασαν
ἑλληνιστὶ μαθεῖν, κλεὶς ἔφυ ἀτρεκέως.
ταῦτα ἐπιστάμενοι τῷ καιρῷ χρῆσθε παρόντι,
ἑλληνίζεσθαι ὔμμιν ὅλως μελέτω.
ἑλληνισμοῦ ἐὼν ἀμαθὴς, σεσοφισμένος ὄντως
κληθῆναι οὐδεὶς ἄξιός ἐστιν ἀνήρ.

GENEROSIS, MAGNIFICIS, NOBILIBVS ET CLARISSIMIS Heroibus & Dominis, Ordinum Inclyti Ducatus Stiriæ Delectis, Dominis suis clementibus & colendis.

IOHANNES POSSELIVS. S. D.



VM Deus immensa bonitate & misericordia, ex arcana sede sua prodiens, se humano generi, clara voce & certis testimonijs patefecerit: & tradiderit Verbum de sua Essentia & Voluntate, ac propter id inter nos habitet: & colligat sibi æternam Ecclesiam: nihil tam in omni vita vtile, honestum & necessarium est, quàm veram hanc de DEO & æterna salute nostra doctrinam, tanquam præclarum depositum & maximi pretij thesaurum, sanctè ac religiosè custodire, & pie in-

ΓΕΝΝΑΙΟΙΣ ΚΑΙ ΜΕ-
ΓΑΛΟΠΡΕΠΕΣΙ, ΚΑΙ ΕΥΓΕΝΕ-
ΣΙ, ΚΑΙ ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΙΣ ΗΡΩΣΙ ΚΑΙ ΠΥΕΛΟΙΣ,
ΤΟΙΣ ΤΩΝ ΠΑΤΡΙΚΩΝ ΔΙΚΑΙΩΜΑΤΩΝ ΗΓΕΜΟΝΙΑΣ
ΣΠΕΙΡΑΣ ΕΞΗΛΕΓΜΕΝΟΙΣ, ΠΥΕΛΟΙΣ
ΟΠΗΔΕΣΙ ΚΑΙ ΠΡΟΓΟΝΟΙΣ.

ΙΩΑΝΝΗΣ ΠΟΣΣΗΛΙΟΣ
ΕΥ ΠΡΑΤΤΕΙΝ.

ΕΠΕΙΔΗΠΕΡ ΟΘΕΟΣ
ἀμετρήτῳ ἀγαθότητι καὶ ἐ-
λέει, καὶ ἀπορρήτῳ αὐτοῦ
θρόνῳ ἐκπορευόμενος, ἑαυτὸν
τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει διὰ
φωνῆς ὀρθείας, καὶ ῥητῶν
μαρτυρίων ἐφανέρωσε, καὶ παρέδοκε τὸν λόγον
ὡδὶ τὸ ὅσιος καὶ θελήματι ἑαυτοῦ, καὶ διὰ τού-
του ἐν ἡμῖν τυγχάνῃ οἰκῶν, συλλέγων ἑαυτῷ
ἀΐδιον ἐκκλησίαν· ἔδεν ἔτως ἐν πᾶσι τῷ
βίῳ χρήσιμον, καὶ καλὸν, καὶ ἀναγκαῖόν ἐστιν,
ὡς τὴν ἀληθινὴν ταύτην ὡδὶ τοῦ θεοῦ, καὶ τὰ αἰ-
ωνίας σωτηρίας ἡμετέρας διδαχὴν, ὥσπερ σε-
μνὴν παρακαταθήκην, καὶ θησαυρὸν πολλοῦ ἄ-
ξιον, ὁσίως τε καὶ εὐσεβῶς διαφυλάξαι, καὶ

piè inuiolateq́; propagare. Etsi enim magna regnorum & ciuitatum ornamenta & necessaria præsidia sunt, potentia, opes, Item Leges, iudicia, Disciplina &c. tamen longè maius bonum, & præstantius decus est, conseruatio veræ & necessariæ doctrinæ. Ac Respublicæ florentes opibus & potentia, sine agnitione & inuocatione Dei & rerum bonarum doctrina, revera nihil aliud sunt, nisi laterna sine lychno, & corpus sine anima.

Summo autem huic operi, scilicet conseruationi & propagationi cœlestis doctrinæ, seruiunt piæ Scholæ: quæ nihil aliud, nisi Bibliothecæ librorum diuinorum, & pietatis, legum, doctrinæ, disciplinæ, ac omnium honestorum officiorum in vita spirituali & ciuili, officinæ sunt: & ex quibus necesse est Veritatis, Iusticiæ, Eloquentiæ, & similium bonorum ac ornamentorum explicationem, & vsum salutarem, in Ecclesias, Aulas & forum adferri.

Id cum vos pro eximia vestra pietate

εὐσεβῶς ἅμα καὶ ἀμολύντως εἰς ἄλλους διαδοῦ-
ναι. ἢν καὶ μὲν γὰρ μεγάλοι τῶν βασιλείων καὶ πό-
λεων κόσμοι, καὶ ἀναγκαῖα φρούρια ὦσιν ἡ δύ-
ναμις, καὶ πλοῦτος, ἔτι δὲ οἱ νόμοι, καὶ τὰ δικα-
στήρια, καὶ ἡ παιδεία, καὶ τὰ λοιπὰ· ἀλλ' οὖν πολύ
γε μεῖζον ἀγαθὸν, καὶ βελτίων κόσμος ἐστὶ, τὸ
τὴν ἀληθῆ καὶ ἀναγκαίαν διδασκαλίαν διαδ-
σῶσαι. καὶ μὲν αἱ πολιτεῖαι τῷ πλούτῳ καὶ τῇ δυ-
νάμει ὑπερβάλλουσαι, χωρὶς τῆς ἐπιγνώσεως καὶ
προσκυνήσεως οὗτ θεοῦ, καὶ τῆς τῶν καλῶν πραγμάτ
διδαχῆς, οὐδὲν κατ' ἀλήθειαν ἄλλο ἐστὶν, ἢ λύ-
χνος ἔρημος φωτὸς, καὶ σῶμα ἄμοιρον ψυχῆς.

Τούτῳ δὲ τῷ μεγίστῳ ἔργῳ, τῇ διατηρήσει καὶ
διαδόσει τῆς οὐρανίου διδασκαλίας, τὰ εὐσεβῆ
παιδευτήρια ὑπηρετεῖ, ἃ μὲν μηδὲν ἀλλὸ, πλὴν
βιβλιοθῆκαι τῶν θείων βίβλων, καὶ τῆς εὐσεβεί-
ας, καὶ τῶν νόμων, καὶ τῆς παιδείας, καὶ τῆς νουθεσίας, καὶ
πάντων τῶν καλῶν καθηκόντων, τῶν ἐν τῷ βίῳ
πνευματικῷ καὶ πολιτικῷ, ἐργαστήριά ἐστιν, ἐξ
ὧν ἀνάγκη τὴν τῆς ἀληθείας, καὶ τῆς δικαιοσύνης,
καὶ τῆς δεινότητος τῆς ἐν τῷ λέγειν, καὶ τῶν ἄλλων
παραπλησίων ἀγαθῶν, καὶ κόσμων, ἑρμηνείαν
ἐκχρῆσιν σωτήριον, εἰς τὰς ἐκκλησίας, καὶ αὐ-
λὰς, καὶ ἀγορὰν προσενεχθῆναι.

Τοῦτο μὲν ὑμεῖς, ὡς πρέπον ἐστὶ τῇ τε εὐσε-
βείᾳ-

*zate & prudentia optimè intelligatis, de instituenda illustri aliqua Schola, in qua tenera ætas ad Christi agnitionem, ad pietatem, literas & bonos mores informetur: & præparentur ingenia ad functiones honestas & necessarias in Republica laudabiliter obeundas, curam & cogitationem, Heroica virtute dignam, suscipitis. Ac vt iuxta Pauli præceptum, Filij vestri in Doctrina & Disciplina Domini educentur: & vos Deo alios cultores, & Ecclesiæ nutricios, & Reipublicæ salutares gubernatores, in vestrum locum substituatis, nulla in re sumptui parcitis: sed ex longinquis locis, Viros pietate, eruditione, & pio iudicio præstantes, quorum consilio & opera in instituto hoc honestissimo, & Deo gratissimo rectè inchoando, & laudabiliter perficiendo, vti potestis, accersitis: sicut hoc ipso tempore Reuerendum & Clarissimum virum, D. Dauidem Chytræum, præceptorem & collegam meum colendum, ad pium illud opus, ex hac Academia accersiuistis.*

*Sunt*

θεία & φρονήσῃ τῇ ὑμετέρᾳ, εὖ ἂν καλῶς εἰδότες, ὡς τὸ καλὸν ἦσαν διδασκαλεῖόν πο λαμπρὸν, ἐν ᾧ οἱ νεώτεροι πρὸς τὸ τοῦ θεοῦ χρῆσθαι ἐπίστωσιν, & τὴν εὐσέβειαν, καὶ τὰ χρήματα, καὶ τὰ ἤθη καλὰ ἂν παιδεύοιντο· & παρεσκευάζοιντο αἱ φύσεις πρὸς τὰ ἐπιχειρήσειν ἐπαινετῶς ἐν τῇ πολιτείᾳ τῆς καλοῦς & ἀναγκαίους τῶν λειτουργιῶν, πόσων τοῦ ἀσφαλοῦς καὶ ἀμελλη- ου, τὸ ἡρωϊκῆς ἀρετῆς ἀξίαν, ποιῆσαι· καὶ ἵνα καὶ τοῦ Παύλου πρόσταγμα, οἱ παῖδες ὑμῶν ἐν παιδεία & νουθεσίᾳ τοῦ κυρίου ἐκτραφῶσι, & ὑμεῖς τῷ θεῷ ἄλλως ὑπηρέται, & τῇ ἐκκλησίᾳ πιθανὸς, καὶ τῷ κοινῷ σωτηρίως κυβερνήται ἀνδρῶν ὑμῶν αὐτῶν παραδῶτε, ἐν οἷσδενι τὸ δαπανᾶσθαι φείδεσθε· ἀλλ' ἐκ πόρρω κειμένων τόπων, ἀνδρας τῇ εὐσεβείᾳ, & παιδεύσει, & θεοσεβεῖ συνέσει διαφέρουσας, ὧν μὴ εὐβελία καὶ βοηθείᾳ ἐν τῷ ὀρθῶς ἄρχεσθαι τὸ καλλίστου ἅμα καὶ τῷ θεῷ κεχαρισμένου ἐπιχειρήματος, χρῆσθαι. & ἐνδόξως αὐτὸ ἐπιτελέσαι ἂν οἱοίτ' εἶητε, μεταλαμβάνειτε· ὥσπερ & ἐν τοῖς παρῶσι καιροῖς τὸ ἀνδέσιμον & ἐπιφανέστατον ἀνδρα, Δαβὶδ τὸν Χυτραῖον, τὸν διδάσκαλον καὶ συνεργὸν μετιμιώτατον, ἐπὶ ἐκεῖνο τὸ εὐσεβὲς ἔργον, ἐκ παύτης τῆς ἀκαδημίας μετεκαλέσασθε.

*Sunt autem æterna memoria & perpetua celebratione digni, Homines eruditi & sapientes, qui ante paucos annos Scholarum reformatarum, & restitutarum in Germania optimarum Artium studiorumq; humanitatis, authores fuerunt. Cum enim tetra & spurca barbaries vbiq; regnaret, studia veteris Philosophiæ & Linguarum per exules Græcos, Theodorum Gazam, Georgium Trapezontium, Argyropylum (eo ipso tempore, quo vrbs toto orbe celeberrima, & Ecclesiæ Christi, ac sacri imperij sedes, & studiorum Schola præcipua, Constantinopolis à Turcis occupata est) rursus accendi, & Musæ Latinæ ac Græcæ in Germaniam reuocari cœperunt. His exulibus Græcis primum successerunt, Gregorius Tifernas, Rodolphus Agricola, Ieronymus Spartiata, & postea Iohannes Reuchlinus & Erasmus Roterodamus. Qui primi in Germania, explosa Barbarie, humaniores literas vbiq; asseruerunt.*

*Vt autem immenso Dei beneficio, vnà*

Εἰσὶ δὲ μνήμης ἀθανάτου, καὶ δόξης ἀειμνή-
στου εἰς ἅπαντα χρόνον ἄξιοι, οἱ ἄνθρωποι πε-
παιδευμένοι καὶ τοφοὶ, οἱ πρὸ ἐτῶν ὀλίγων, τῶν
διδασκαλείων ἐπανορθουμένων, καὶ τῶν ἀποδο-
θεισῶν ἐν τῇ Γερμανίᾳ τεχνῶν βελτίστων, καὶ
ἐπιτηδευμάτων τῆς φιλανθρωπίας, αἴτιοι γε-
γονότες. αἰσχροῦ μὲν γὰρ καὶ φαύλου πανταχοῦ
βαρβαρισμοῦ βασιλεύοντος, τὰ τῆς παλαιᾶς
φιλοσοφίας, καὶ τῶν γλωσσῶν γράμματα, διὰ
φυγάδων τινῶν ἑλλήνων, Θεόδωρον Γάζαν, Γε-
ώργιον Τραπεζόντιον, Αργυρόπυλον (κατὰ τὸν αὐτὸν
χρόνον, ὅτε ἡ πόλις ἡ ἐν ἁπάσῃ τῇ οἰκουμένῃ
περιβοητάτη, καὶ τῆς ἐκκλησίας τε καὶ τῆς ἱερᾶς ἀρ-
χῆς θρόνος, καὶ τῶν γραμμάτων κυριώτατον παι-
δευτήριον οὖσα, ἡ Κονσταντινόπολις ὑπὸ τῶν Τούρ-
κων κατὰ κράτος ἐχειρώθη) πάλιν ἀφθῆναι, καὶ
Μοῦσαι ῥωμαϊκαὶ καὶ ἑλληνικαὶ εἰς Γερμανίαν
ἀνακαλεῖσθαι ἤρξαντο. τούτων διάδοχοι ἦσαν
πρῶτον μὲν, Γρηγόριος Τιβέρνης, καὶ Ῥόδολφος
Γεωργὸς, καὶ Ιερώνυμος Σπαρτιάτης, εἶτα δὲ Ιω-
άννης Καπνίων, καὶ Ἔρασμος Ροτεροδαμεὺς.
οἱ μὲν πρῶτοι ἐν τῇ Γερμανίᾳ, τοῦ βαρβαρι-
σμοῦ φυγαδευθέντος, τὰς ἀνθρωπίνας παιδεί-
ας εἰς ἐλευθερίαν πανταχῇ ἀφείλοντο.

Ὥσπερ δὲ ἀνυπερβλήτῳ τοῦ θεοῦ χάριτι,

ἅμα

vnà cum Scholis instauratis, & restitutis literis, lux Euangelij nobis reddita est: ita interitus literarum, & barbaries multò tristior, quàm superioribus annis fuit, certò secutura, vel potius iam instare videtur. Nam vt in hac delira mundi senecta, & his deprauatis hominum moribus, ignauia, intemperantia & contumacia crescunt: ita nemo ferè amplius cura Disciplinæ afficitur, sed ea passim laxatur: & Iuuentuti, quæ per se stulta, temeraria, & voluptatibus ac otio dedita est, licentia negligenter & dissolutè viuendi conceditur.

Multi adolescentes cum in Academias mittuntur, somniant se parentum & præceptorum disciplina, veluti carcere diro iam solutos, omnibus prauis cupiditatibus frenos impunè laxare posse: imò studiosos decere, omnia rectè loquendi & scribendi exercitia, tanquam puerilia, ex alto despicere, & sermone, habitu, & incessu affectato, fastum & arrogantiam præseferre: Perinde ac si non in Scholam, domum

Dei,

ἅμα τοῖς διδασκαλείοις κατορθουμένοις, καὶ ἀποδοθεῖσι γράμμασι, τὸ τοῦ Εὐαγγελίου φῶς ἡμῖν ἀπεδόθη· οὕτως ἀπώλεια τῶν διδασκαλείων, καὶ βαρβαρισμὸς πολὺ λυπηρότερος τοῦ ἐν τῷ ἔμπροσθεν χρόνῳ ὄντος, ὡς ἀληθῶς ἀκολουθήσων, μᾶλλον δ' ἤδη ἐπιστὰς φαίνεται. ὥσπερ μὲν γὰρ ἐν τούτῳ τῷ τοῦ κόσμου ἀνοήτῳ γήρᾳ, καὶ τούτοις τοῖς διεφθαρμένοις τῶν ἀνθρώπων ἤθεσιν ἡ ῥᾳθυμία, καὶ ἀκράτεια, καὶ ἀσωτία, ἐπίδοσιν λαμβάνουσιν· ὁσαύτως οὐδενὶ μικροῦ δεῖν τῆς παιδείας ἔτι μέλει, ἀλλ' αὐτὴ πανταχῇ χαλάζεται καὶ τῇ νεότητι τῇ καθ' αὑτὴν ἄφρονι, καὶ προπετεῖ, καὶ πρὸς ἡδονὰς καὶ ἀπραξίαν εὐκαταφόρῳ οὔσῃ ἐξουσία τοῦ ἀργῶς καὶ ἀνειμένως ζῆν συγχωρεῖται.

Πολλοὶ νεανίσκοι εἰς ἀκαδημίας πεμφθέντες, ὀνειροπολοῦσι τῆς τῶν γονήων καὶ διδασκάλων παιδείας, ὡς δεσμωτηρίου δεινοῦ ἤδη ἀπαλλαγέντες, ἁπάσαις ταῖς ἀτάκτοις ἐπιθυμίαις τοὺς χαλινοὺς, κατὰ τὸ δοκοῦν, χαυνοῦν δυνάσθαι, μᾶλλον δὲ τοῖς περὶ τὰ καλὰ γράμματα διατρίβουσι πρέπειν, πάντων τῶν τοῦ ὀρθῶς λέγειν καὶ γράφειν προγυμνασμάτων, ὥσπερ παιδικῶν, ὑπερκόμπως κατὰ φρονῆσαι, καὶ τῷ λόγῳ, καὶ τῷ σχήματι, καὶ τῷ βαδισμῷ πλαστῷ, ὄγκον καὶ ἀλαζωνείαν ἐπιδεῖξαι. ὥσπερ ἂν εἰ οὐκ εἰς παιδευτήριον, τὴν

*Dei, & pietatis, omnium honestorum morum, humanitatis, & scientiæ officinam, sed in Cyclopum Centaurorumq; castra, & Licentiæ asylum ablegati essent.*

*Videre etiam licet plerosq; parentes ad tantam prauitatem, & studiorum neglectionem ac interitum occasionem præbere: qui vt ferre non possunt, vt in Scholis minoribus, filiorum ignauia & petulantia virgis corrigatur & emendetur: sic mittentes eosdem in Scholas maiores, non intelligunt huic ætati seueriore disciplina, seu, vt Chrysostomi verbis vtar, maiori custodia & arctiore freno opus esse. Ideo nulli præceptori certo, seu studiorum & morum inspectori ac gubernatori priuato, eos commendant: sed pecuniam, irritamentum malorum, liberaliter subministrantes, ad suum arbitrium viuendi potestatem ipsis concedunt. Quod cum fit, adolescentes rerum imperiti, vel otio & voluptatibus sese totos dedunt: vel vagabundi & sine vllo ordine in studijs oberrant:*

ον, τὴν οἰκίαν τοῦ θεοῦ, καὶ τὸ τῆς ἀληθινῆς εὐσεβείας, καὶ πάντων τῶν ἠθῶν καλῶν, καὶ φιλανθρωπίας ἅμα καὶ φρονήσεως ἐργαστήριον· ἀλλ' εἰς τὰ τῶν Κυκλώπων καὶ Κενταύρων στρατόπεδα, καὶ τῆς αἰνέσεως ἄσυλον, ἀπεσταλμένοι ὦσιν.

Ἔστι μὲν καὶ ὁρᾷν τοὺς πλείστους τῶν τοκήων πρὸς τοσαύτην μοχθηρίαν, καὶ καλῶν γραμμάτων ἀμέλειαν καὶ ἀπώλειαν, τὸν καιρὸν παρασκευάζοντας· οἱ μὲν ὥσπερ φέρειν οὐ δύνανται, τὴν τῶν παίδων ῥαθυμίαν, καὶ ἀσέλγειαν, ἐν τοῖς ἐλάττοσι τῶν διδασκαλείων ῥάβδοις ἐπανορθῆναι· ὥτως ἀποστέλλοντες τοὺς αὐτοὺς εἰς τὰ μείζω παιδευτήρια, οὐ συνίσασι ταύτην τὴν ἡλικίαν τῆς στενωτέρας παιδείας, ἢ ὅπως δὴ καὶ Χρυσόστομον εἴπω, πλείονος τῆς φυλακῆς, καὶ σφοδροτέρου τοῦ χαλινοῦ προσδεομένην. Διὰ τοῦτο μηδενὶ διδασκάλῳ ῥητῷ, ἢ τῶν ἐπιτηδευμάτων καὶ ἠθῶν ἐπισκόπῳ, καὶ εὐθυντῆρι οἰκείῳ αὐτοὺς κατατίθενται, ἀλλὰ χρήματα, τὸ ὑπέκκαυμα τῶν κακῶν, δαψιλῶς πορίζοντες, τοῦ ποιεῖν πᾶν ὅ,τι ἂν βούλωνται, ἐξουσίαν αὐτοῖς συγχωροῦσιν· ὧν γενομένων, οἱ νέοι, ἄπειροι τῶν κατὰ τὸν βίον ὄντες, ἢ τῇ ῥαθυμίᾳ, καὶ ταῖς ἡδοναῖς σφᾶς αὐτοὺς ἐγχειρίζουσιν, ἢ πεῖ φερόμενοι ἀτάκτως ἐν τοῖς γράμμασι πλανῶνται.

errant: vel ante tempus sapiunt, & in superioribus Artibus illas lectiones audiunt, ad quas non magis idonei sunt, quàm asinus ad lyram.

Neq; verò hæc in eam sententiam à me dicuntur, quasi nulli prorsus generosi & honesti adolescentes sint, qui sua sponte, læto ac alacri animo, & diligentiam in discendo adhibeant, & mores honestè & castè regant: Sed vt ostendam, in vitando prauo sodalitio: in discendis certo ordine artibus & Linguis: in excolenda præcipua & vtilissima ac maximè necessaria studiorum nostrorum parte, videlicet in diligente & assidua rectè scribendi & dicendi exercitatione, sine qua nihil fere ex reliquis omnibus discendi laboribus, eximij fructus & vtilitatis sperari potest, paucos sine fideli monitore, & perito assiduoq; ἐργοδιώκτῃ, sponte suum officium facere.

Existimo autem iam satis notum esse, me Disciplinam vocare, non Bacchanticam tyrannidem & sæuitiam, sed labo-

πάντων ἢ πρὸς τὸν χρόνον φρονοῦσι, καὶ ἐν τοῖς μείζοσι τῶν τεχνῶν, σκεύων τε ἀναγνώσεων ἀκέσεσιν, ὧν ἐμάλλον, ἢ ὀνου λύρας, δεηθήσονται ἀρκοῦντα εἰσι.

Καὶ μὲν δὴ ταῦτα ἔτω μοι ἐρρέθη, ὥστε εἰ πάντα πάσι νεανίσκοι τινὲς ἡγνοοῦσι καὶ χρήσιμοι καὶ τυγχάνουσιν ὄντες, εἴτινες ἂν ἐκεῖσε, ὦ Φαῖδρε, ὦ τοῦθ' ὅμως τοῦτ' ἐμαθεῖν ἐπιμέλεια ποιήσαιτο, καὶ καλῶς ἅμα καὶ ἀγαθῶς βιώσεται· ἀλλ' ἵνα ποιήσω φανερὸν, ὅτι ἐν τῷ εὐλαβεῖσθαι τὴν μοχθηρὰν ὁμιλίαν· ἐν τῷ μαθεῖν δὲ τάξεως τοὺς τέχνας καὶ γλώσσας· ἐν τῷ ἀσκῆσαι τὸ κυριώτατον, ὦ ὠφελιμώτατον, καὶ μάλιστα ἀναγκαῖον τῶν δεηθησομένων τῶν ἡμετέρων μέρος, ἦγον ἐν τῇ ἀκριβείᾳ καὶ συνεχεῖ τοῦ ὀρθῶς γράφειν καὶ λέγειν ἀσκήσει (χωρὶς ἦς, οὐδὲν ὀλίγου δεῖν ἐξ ἁπάντων τῶν λοιπῶν τοῦ μαθεῖν πόνων, καιρὸν μέγαν, ἢ ὠφέλειαν περισσοκάλλην ἐσὶν) ὀλίγους ἄνω πρὸς παραινέσω, καὶ ἐμπείρως ἅμα καὶ συνεχῶς ἐργωδιώκτας, ἐκεῖσε τὰ δέοντα ποιῆσαι.

Οἶμαι δὲ νῦν πᾶσιν ἱκανῶς φανερὸν, ὅτι παιδείαν περισυρεύω, μὴ τὴν βαγγικὴν ἀπάτην καὶ τερατείαν, ἀλλὰ τὸν πό-

laborem, moleſtum quidem & difficilem, pium tamen & omnibus modis vtilem, quo adoleſcentes à Præceptoribus paterno animo, ad ſtudium veræ pietatis: ad obedientiam Deo debitam: ad ſeruandum in ſtudijs iuſtum ordinem: ad colenda exercitia Styli, memoriæ, pronunciationis, Declamationum, Diſputationum, & ſimilia, excitantur & aſſuefiunt: contumaces verò & diſſoluti ſcholaſticis pœnis coercentur. Quia autem hæc nunc vel leuia ducuntur, vel negliguntur, vel etiam in odium & inuidiam vocantur, fit vt non ſolum pauci amplius ſolidam aliquam eruditionem conſequantur: ſed multi etiam adoleſcentes tum indoctiores, tum inciuiliores ex Academijs diſcedant, quàm erant cum primum aduenirent: & nihil ferè aliud, niſi Habitum monſtroſum, Thraſonicum inceſſum, & animum elatum ac tumidum, ſecum domum ferant.

Cum autem, Generoſi & Nobiles Domini, vos maximas Scholarum vti-

litates

νον, ἐπαχθῆ μὲν καὶ χαλεπὸν, εὐσεβῆ δὲ καὶ ὑπερβαλλόντως χρήσιμον, δι' οὗ τὰ παιδάριά τε καὶ νεανίσκοι, πατρικῶς ὑπὸ τῶν καθηγητῶν, πρὸς τὸ σπουδάζειν περὶ τὴν ἀληθινῆ εὐσέβειαν· πρὸς ὑπακοὴν τὴν τῷ θεῷ ὀφειλομένην· πρὸς τὸ διαφυλάξαι ἐν τοῖς περὶ τὰ γράμματα ἐπιτηδεύμασι, τάξιν πρέπουσαν· πρὸς τὸ ἀσκῆσαι τὰ προγυμνάσματα τοῦ γράφειν, καὶ τῆς μνήμης, καὶ τῆς ὑποκρίσεως, καὶ τῶν μελετῶν, καὶ τῶν διαλέξεων, καὶ ὅσα ἄλλα τούτοις ὅμοια, προτρέπονται καὶ ἐθίζονται· οἱ αὐθαδεῖς δὲ, καὶ οἱ ἀνειμένως ζῶντες, τιμωρίαις σχολαστικαῖς κρατοῦνται. ἀλλὰ διὰ τὸ τὰ τοιαῦτα νῦν ἢ κοῦφα νομίζεσθαι, ἢ παρορᾶσθαι, ἢ εἰς φθόνον καὶ μῖσος καθίστασθαι, συμβαίνει, μὴ μόνον ὀλίγους ἔτι εἰλικρινῆ μάθησιν κτᾶσθαι, ἀλλὰ καὶ πολλοὺς νεανίσκους ἅμα μὲν ἀπαιδευτέρους, ἅμα δὲ φορτικωτέρους, ἐκ τῶν ἀκαδημιῶν ἀπελθεῖν, ἢ ἐτύγχανον ὄντες, τὸ πρῶτον ἀφικόμενοι· καὶ σχεδὸν οὐδὲν ἄλλο, πλὴν στολισμὸν τερατώδη, καὶ βαδισμὸν θρασονικὸν, καὶ διάνοιαν ὑπερήφανον καὶ ἐπηρμένην, οἴκαδε σὺν ἑαυτοῖς κομίζειν.

Επειδὴ δὲ, ὦ κύριοι γενναῖοι καὶ εὐγενεῖς, ὑμεῖς τὰς μεγίστας τῶν παιδευτηρίων ὠφελείας

litates & commoda, quæ in omnem humanæ vitæ ampliſſimam varietatem latè emanant, prudenter conſiderantes, tota mente nunc in hanc curam incumbatis, vt in Metropoli Inclyti Ducatus Stiriæ, Græca, Schola rectè & piè inſtituatur, in qua & Diſciplina diuinitùs mandata floreat: & Iuuentus vnà cum veræ Religionis doctrina, cæterisq; honeſtiſſimis Artibus, etiam GRAECA LINGVA, cuius cognitio neceſſarium Eccleſiæ Chriſtianæ, & totius Reipublicæ literariæ præſidium, & ingens decus ac ornamentum eſt, fideliter tradatur: Ego hunc Libellum, de Græca Conſtructione, præcepta vilibus exemplis illuſtrata, continentem, Veſtri nominis auſpicio edere volui: vt & Vobis de tam pio & ſalutari propoſito publicè gratularer: & DEO, qui inde vſq; ab initio ſemper in aliqua parte generis humani, eiuſmodi illuſtres Heroas, ad inſtaurandas Scholas & neceſſaria ſtudia excitauit, gratias agerem: Denigq; meum quoq; animum, pium hoc veſtrum

λείας, τὰς εἰς ἅπασαν τὴν τοῦ βίου ἀνθρωπίνου
εὐρυτάτην ποικιλίαν πόρρω ῥεούσας, νουνεχόν-
τως ἀναλογιζόμενοι, πᾶσαν σπουδὴν καὶ
προθυμίαν νῦν ποιεῖσθε, ὅπως ἐν τῇ τῆς
πειβοήτου ἡγεμονίας Στιρίας μητροπό-
λει, Γραίζῃ, γυμνάσιον ὀρθῶς καὶ εὐσεβῶς
καθιστᾶται, ἐν ᾧ καὶ ἡ παιδεία ὑπὸ τοῦ θεοῦ
προστεταγμένη ἂν ἀνθοῖ, καὶ τοῖς νεωτέροις,
μετὰ τῆς διδαχῆς τῆς ἀληθινῆς θεοσεβείας,
καὶ ἄλλων καλλίστων τεχνῶν, Ἡ ΓΛΩΣΣΑ
ΕΛΛΗΝΙΚΗ, ἧς μὲν γνῶσις ἀναγκαῖον
τῆς Εκκλησίας χριστιανῆς, καὶ ὅλης τῆς πολιτείας
γραμματικῆς φρούριον, καὶ κόσμος μέγας
ὑπάρχει, πιστῶς διαδιδῶται· ἐγὼ τοῦτο τὸ
βίβλιον, περὶ τῆς ἑλληνικῆς συντάξεως πα-
ραγγέλματα, χρησίμοις παραδείγμασι ἀπο-
δεδειγμένα, ἔχον, τῷ ὀνόματι ὑμῶν ἐπιφη-
μίζειν ἐβουλόμην· ἵνα καὶ ὑμῖν τῆς οὕτως εὐσε-
βοῦς καὶ σωτηρίου προαιρέσεως δημοσίᾳ συνη-
δοίμην· καὶ τῷ θεῷ τῷ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ἀεὶ ἐν
μέρει τινὶ τοῦ γένους ἀνθρωπίνου, οὐδὲ τοιούτους
ἥρωας ἐπιφανεῖς, πρὸς τὸ παιδευτήρια
καὶ ἀναγκαῖα ἐπιτηδεύματα ἀνασκευά-
ζειν, ἤγειρε, χάριν σχοίην· καὶ ὅλως, τὴν
ἐμαυτοῦ διάνοιαν, ὅσιον καὶ ἐπαινετὸν

strum & laudabile opus ornandi & promouendi cupidum, hoc qualicunq; officio declararem. Nec dubito vobis hoc meum studium & conatum gratum fore.

Filium Dei Dominum nostrum Iesum Christum, omnium piarum Scholarum Patronum & Rectorem supremum, toto pectore oro, vt præclarum hoc opus, quod per vos inchoauit, regat, gubernet, confirmet, & ad optatum finem perducat. Bene & feliciter valete. Ex Vrbe Rosarum. Anno 1574. 19. Februarij. quo die ante annos 77. Philippus Melanthon, vtræ de Deo doctrinæ, & Musarum Latinarum ac Græcarum propagator industrius & fidelis, natus est.

τοῦτο τὸ ἔργον ὑμῶν κοσμῆσαι, καὶ ἐπιδοῦναι ποιῆσαι ἐπιθυμοῦσαν, τούτῳ τῷ καθήκοντι φανεραὶ καθισταίην, οὐκ ἀμφισβητῶν, ὑμᾶς ταύτην τὴν σπουδὴν καὶ ἐπιχείρημά μου ἐπ' εὐνοίᾳ ἀποδέξεσθαι.

Τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, τὸν κύριον ἡμῶν Ιησοῦν Χριστὸν, τὸν ἁπάντων τῶν εὐσεβῶν διδασκαλείων προστάτην καὶ διοικητὴν ὑπέρτατον, παντὶ θυμῷ ἀξιῶ, τοῦτο τὸ περίβλεπτον ἔργον, ὃ δι' ἡμῶν μετεχειρίσατο, διοικῆσαι, καὶ εὐθύνειν, καὶ βεβαιῶσαι, καὶ μακαρίως ἐπιτελέσαι. ἔρρωσθε ὡς ὅτι βέλτιστα. Εκ τῆς τῶν ῥόδων πόλεως. ἔτει ᾳ φ ο δ. τῇ τοῦ φεβρουαρίου ἐννεακαιδεκάτῃ. ἐν ᾗ μὲν ἡμέρᾳ, πρὸ ἐτῶν οζ. Φίλιππος Μελάγχθων, ὁ τοῦ θεοῦ εἰλικρινοῦς διδαχῆς, καὶ τῶν λατίνων καὶ ἑλληνικῶν Μουσῶν διδάσκαλος Φιλόπονος καὶ πιστὸς ἐτέχθη.

DE

# DE SYNTAXI NOMINVM.

## PRIMA REGVLA.

ADiectiuum nomen, Pronomen, Participium & substantiuum eodem genere, numero & casu cohærent, vt: in Syntaxi communi non in figurata constructione.

*Nazianz. in Apologia*, Τάξις ἀρίστη, παντὸς ἀρχομένῳ λόγου ἐκ πράγματος, ἐκ Θεοῦ τε ἄρχεσθαι, καὶ εἰς Θεὸν ἀναπαύεσθαι. *Optima ratio exordiendi siue sermonem siue negotium est, ducere principium à Deo, & in Deo desinere.*

Regula vitæ de studijs & actionibus nostris, pie ac feliciter inchoandis & claudendis.

*Philemon.* Ἀνὴρ δίκαιός ἐστιν, οὐχ ὁ μὴ ἀδικῶν, ἀλλ' ὅστις ἀδικεῖν δυνάμενος, οὐ βούλεται. *Vir iustus est, non qui nihil iniuste agit, sed qui, cum iniuste agere potest, tamen non vult.*

*Nazianzenus.*

Οὐ νόμος, οὐ δεκάται μ' οὐκ ἔργματα καλὰ σαώσει,
Σὴ δ' χάρις σός· οἶκτος ἐμοὶ στάζει βεβήλῳ,
Ἣν μούνην δείλοισιν ἄναξ πόρες ἐλπίδ' ἀλιτροῖς.

De iustificatione

*Non lex, nec decimæ, nec opera bona me saluabunt, sed tua gratia, tuaq; misericordia mihi instilletur polluto, quam solam miseris ô rex exhibes spem peccatoribus.*

*Hippocra. in Iuramento.* ἁγνῶς καὶ ὁσίως τηρήσω καὶ τὸν βίον ἐμὸν, καὶ τὴν τέχνην ἐμήν. *Caste & sancte conseruabo & vitam meam, & professionem meam.*

*Euagrius.* Φυτὸν μεταφερόμενον συνεχῶς, καρπὸν οὐ ποιεῖ. *Planta sæpe transposita, non fert fructum.*

*Basilius.* προκεῖται ἀνάπαυσις αἰωνία τοῖς νομίμως τὸν ἐνταῦθα διαθλήσασι βίον. οὐ κατὰ ὀφείλημα τῶν ἔργων ἀποδεδομένη. ἀλλὰ κατὰ χάριν τοῦ μεγαλοδώρου θεοῦ, τοῖς εἰς αὐτὸν ἠλπικόσι παρεχομένη. *Proposita est recreatio æterna ijs, qui legitimè in hac vita militant, non tanquam merces*

Concionatur distinctio de premijs æternæ vitæ, quæ ex gratia non ex meritis nobis contingunt

*pro*

pro operibus debita, sed gratis data immensa liberalitate DEI sperantibus in ipso.

## I. Exceptio.

Atticè Adiectiuum & Substantiuum eodem genere, numero & casu sæpe non cohærent, vt:

Genere. κλυτὸς ἱπποδάμεια. Inclyta Hippodamia. pro κλυτὴ. Homer. ἦλθεν ψυχὴ σκῆπτρον ἔχων. Venit animus sceptrum habens. pro ἔχουσα.

Numero. Demost. ὁ δῆμος ἐκνενευρισμένοι. populus eneruati.

Aegineta. ἐς σπέρμα τῆς λίνου, καὶ πηγάνου ἑστιώμενα. pro ἑστιώμενον. Semen lini ac rutæ, sunt alimenta.

Casu. Vsurpant enim vocatiuum pro nominatiuo, & contrà nominatiuum pro vocatiuo. vt:

Hom. ἱππότα Νέστωρ. pro, ἱππότης, eques Nestor.

*Lucæ. 18.* ὁ θεὸς ἱλάσθητί μοι τῷ ἁμαρτωλῷ. *pro* ὦ Θεὲ. *Deus sis propitius mihi peccatori.*

*Paulus Col. 3.* οἱ ἄνδρες ἀγαπᾶτε τὰς γυναῖκας. *pro* ὦ ἄνδρες. *Viri diligite Vxores.*

## II.

*Vsitatum est Græcis, substantiuo masculini aut fæminini generis, iungere adiectiuum neutrum, vt:*

*Basilius.* μόνη κτημάτων ἡ ἀρετὴ ἀναφέριτον. *Sola ex possessionibus virtus auferri non potest.*

*Sopho.* ὀρθὸν ἡ ἀλήθεια ἀεί. *Veritas semper recta & iusta est.*

*Home. iliad.* ϐ.

Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω. *Non vtile est multorum imperium, vnus tantum sit rex.*

ἡ ποικιλία τερπνόν. *Varietas grata est.*

*Plutar.* Πολυφιλί. σπάνιον καὶ δυσευρετόν ἐστι φίλος βέβαιος. *Rarus est & inuentu difficilis, firmus et constans amicus.*

Sic

*Sic Latini: Varium & mutabile semper fœmina.*

*Item. Triste lupus stabulis.*

*Potest etiam ad Ellipsin referri, vt subintelligatur χρῆμα, id quod & additur nonnunquam, vt:*

*Epictetus. ἀθανατον χρῆμα ἡ ἀλήθεια, καὶ ἀίδιον, Immortalis res & sempiterna, est Veritas.*

## I. Appendix.

*Adiectiua composita & deriuata in os desinentia, fere communiter accipiuntur, vt:*

*Nazian. Ψυχὴ πᾶσι ἀνυπότακτος, ἀθεράπευτος. Omnis anima repudians admonitionem, incurabilis est.*

*Nicephor. lib. 7. cap. 25. Ἱερὰ δίκη ἀγρυπνός ἐστι τῶν ἀσεβῶν πανηγύρεως, καὶ καὶ πόδας ἐπεξιοῦσα. Diuina vindicta non dormit, sed euestigiò sequitur impiorum scelera.*

*Nazian.* Ὁμοίως ἐστὶ κακὸν, καὶ ἄνεσις ἀσωφρόνιστος καὶ κατάγνωσις ἀσυγχώρητος. ἡ μὲν ὅλην ἐφιεῖσα τὴν ἡνίαν, ἡ δὲ τῷ φοδρῷ κατάγχουσα. *Vtrumq; malum est, indulgentia blanda, & implacabilis seueritas. Vt enim illa nimium laxat habenas: ita hæc immodica astrictione strangulat.*

## II.

*Sæpe Substantiuum Adiectiuo non respondet casu, sed eleganter permutatur genitiuo plurali, qui plerunq; vestitus est articulo. vt:*

*Eusebius.* Οἱ μάταιοι τῶν ἀνθρώπων οὐ μὲν πολλὰ χρήματα ἔχοντας, κἂν φαύλους ὄντας, τιμῶσίτε καὶ θαυμάζουσι. *pro* οἱ μάταιοι ἄνθρωποι. *Homines vani, magnas facultates habentes, etiamsi mali sint, tament colunt & admirantur.*

*Isocrat. in Paneg.* τῶν ἀνδρῶν τοῖς καλοῖς καὶ ἀγαθοῖς αἱρετώτερόν ἐστι καλῶς ἀποθανεῖν, ἢ ζῆν αἰσχρῶς. *Viris bonis & honestis*

Monet hoc dictum mortem honestam vitæ inhonestæ esse anteponendam.

*nestis multò optabilius est, honestè mori, quàm turpiter viuere.*

## III.

*Hanc syntaxin & Participia tùm actiuæ tùm passiuæ significationis, eleganter imitantur, vt:*

*Isocr.* Οἱ εὐφρονοῦντες τῶν ἀνθρώπων τοῖς πράξεσι ἀναπείθουσι. *Viri sapientes actionibus probantur.*

*Idem in Areopa.* Οἱ μὲν κακῶς τεθραμμένοι, καὶ οὐδὲν ἀκριβῶς τῶν νόμων γεγραμμένων φυλάττειν παρακελεύονται. *Qui malè educati sunt, audent leges etiam optimè scriptas violare.*

*Idem Nicoc.* Περὶ τὰ κεκρυμμένα τῶν πραγμάτων ἀναγκαῖόν ἐστι πολλοὺς φόβους γίνεσθαι. *Res occultas & tectas necesse est multos terrores comitari.*

## IIII.

*Sæpè concretum seu adiectiuum cum articulo neutri generis, pro substantiuo habetur, vt:*

De causa malorum culpae & poenae.

*Theopemptus.* Μήτε αἴτιον κακῶν τὸ θεῖον ὑπολάμβανε, μήτε χωρὶς αὐτοῦ δυστυχεῖν ἡμᾶς νόμιζε. *Nec Deum causam malorum esse, nec sine eo nos ærumnis conflictari, statuas.* τὸ θεῖον, *pro* τὸν θεόν.

Pietas Hypocritica.

*Epictet.* ὅπου τὸ συμφερον, ἐκεῖ καὶ τὸ εὐσεβές. *Vbi vtilitas apparet, ibi etiam est pietas.*

*Demost. Philip.* Τὸ εὐσεβὲς καὶ τὸ δίκαιον ἄντ' ἐπὶ μικροῦ τις, ἄντ' ἐπὶ μείζονος παραβαίνῃ, τὴν αὐτὴν ἔχει δύναμιν. *Nihil interest, vtrum religio & iusticia in paruis, an in magnis violetur.*

Vulgus stultum

In hic exemplis ellipsis cum sit subintelligatur γενὸς, ἀλῦτος, χρῆμα, &c.

*Idem.* Πολλῶν τὸ σοφὸν, ἠλίθιόν ἐστι. *Multorum sapientia, stultitia est.*

## V.

*Græci sæpissime neutris adiectiuorum vtuntur: Latini verò nunc neutris vtuntur, nnnc fæmininis, adiecto Rei nomine, vt:*

Formidolosa

*Aristo. Ethi:3.* Φοβούμεθα δὲ δηλονότιτα

τὰ φοβερά. *Timemus res eas omnes, quæ formidulosæ sunt.*

*Sic* τὰ μεγάλα, *res magnæ.* τὰ χαλεπά, *res arduæ.* τὰ ὠμφέροντα, *res vtiles.* τὰ πλήρωνα, *res plenæ laborum &c.*

*Antigonus.* Τὰ μεγάλα καλὰ, οὐδὲ μεγάλων κακῶν ἄτερ ἔστι. *Res magnæ & præclaræ non existunt sine magnis malis & miseriis.*

*Eurip.* Τὰ μεγάλα, καὶ μεγάλα πάσχει καλά. *Res magnæ, magnis malis etiam obnoxiæ sunt.*

*Sic vbi Latini dicunt, Ea quæ præclara sunt: Et, Ea quæ acerba sunt &c. Græci dicunt,* τὰ καλὰ, τὰ δεινὰ *&c.*

## VI.

*Genitiuus pronominis primitiui pro possessiuo sumitur, vt:*

*Syrach. 7.* Ἐν πᾶσι τοῖς ἔργοις σου μιμνήσκου τὰ ἔσχατά σου, καὶ οὐ μὴ ἁμαρτήσῃς. *pro* ἔργοις σοῖς & ἔσχατα σοῦ. *In omnibus operibus tuis memento finis tui, & non peccabis.*

Πάτερ ἡμῶν, ὁ ἐν οὐρανοῖς. *Pro* πάτερ ἡμέτερε. *Pater noster, qui es in cœlis.*

## VII.

*Duobus vel pluribus substantiuis subijcitur adiectiuum vel relatiuum plurale neutrum, vt:*

*Arist. Ethi. 4.* Αἱ δυναστεῖαι δ' ὁ πλοῦτος διὰ τιμὴν τιμίου ἐστὶν αἱρετά. *Potestas & diuitiæ propter honorem expetendæ sunt.*

Lucg communius Potestatem & egestatem sequuntur honores

*Isocr. Euagor.* Εὐαγόρας παῖς μὲν ὢν, ἔρωμένῳ καὶ σωφροσύνῃ, ἀνὴρ δ' ἀγαθῶν περιπολέσασθαι τοῖς τηλικούτοις ἐπῆν. *Euagoras, cùm puer esset, viribus & modestia, quæ inter alia bona eam ætatem maximè decent, excelluit.*

*Salust. in Con. Catil. Diuitiæ, decus & gloria, in oculis sita sunt.*

## II. RECVLA.

Relatiuum cum antecedente substantiuo necesse est genere & nume-

numero consentire, casu non semper conuenit, nam is sæpe sequenti verbo respondet, vt:

*Hom. Odyss. 1.*

τὴν γὰρ ἀοιδὴν μᾶλλον ἐπικλείουσ' ἄνθρωποι,
ἥτις ἀκροάοντεσσι νεωτάτη ἀμφιπέληται.

*Cantio enim hæc hominum longe est celeberrima vulgo,*
*Et gratissima, quæ nuperrima venit in aures.*

## I. Exceptio.

*Relatiuum Atticè conuenit casu cum antecedente, nulla ratione habita verbi sequentis, vt:*

*Iohan. 2.* καὶ ἐπίστευσαν τῇ γραφῇ καὶ τῷ λόγῳ, ὃν εἶπεν Ἰησοῦς, *Pro* ὃν εἶπεν. *Et credebant scripturæ & sermoni, quem dixit Iesus.*

*1. Corinth. 6.* Σῶμα ὑμῶν ναός, ὃ ἐν ὑμῖν ἁγίου πνεύματός ἐστιν, ὃ ἔχετε ἀπὸ θεοῦ. ὃ ἔχετε, *pro* ὃ ἔχετε. *Corpus vestrum templum est Spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis à Deo.*

Rela-

## II.

Relatiuum ſæpe ponitur ſine ſuo antecedente, vt: Nonnunquam antecedens ꝑ ellip. ſin omittitur.

Locus communis De volubilitate fortunæ.

Eurip. Βιοῖ οὐδεὶς, ὃν προαιρεῖται τρόπον. Nemo viuit eo modo, quo viuere expetit.

Pertinet hoc dictum ad octauum præceptum de continentia linguæ.

Euagrius. Λάλει ἃ δεῖ, καὶ ὅτε δεῖ, καὶ ὑπὲρ ὧν δεῖ, καὶ οὐκ ἀκούσεις, ἃ μὴ δεῖ. Loquere quæ decet, & quando decet, & de rebus honeſtis, & non audies quæ minime decet.

N. adj. scelerum suorum causam in bonos transferunt.

Iſocrat. Ὧν οἱ κακοὶ ἁμαρτάνουσι, τοῖς ἀγαθοῖς τὰς αἰτίας ἀνατιθέασι. Quæcunq; mali perpetrant, culpam in bonos transferunt. Hîc accuſatiuus τὰς αἰτίας, requirit genitiuum ἐκείνων vel τούτων, qui diſſimulatur.

Optima naturæ et moribus docere

Didimus. τότε ἀνύει διδάσκαλος καὶ πιστεύεται λέγων, ὅταν ἀφ' ὧν πράττει παιδεύει. Tum proficit magiſter, & fidem dicendo facit, cum ſuis operib. docet.

Sic et præcom. more antecedens apud latinos dissimulatur. Vt Virgilius Eclogæ 2da. Canto q. solitus. Rursum apud eosdem Latinos relatiuum dissimulatur, vt Virgilius in Aeneidos. Est locus Italicæ quem cognomine dicunt. Hæc verba antiqua fuit tenuere coloni

Ponitur autem plerunq; relatiuum

uum in eo casu, in quo antecedens dissimulatum poni debuisset, vt:

*Isocr.* Ὧν πολλάκις ἐλπίζουσιν ἄνθρωποι, οὐδὲν συμβαίνει. *Sæpe nihil eorum contingit, quæ homines sperant. Pro* οὐδὲν ἐκείνων συμβαίνει, ὧν πολλάκις &c.

Loquitur dictum de mana spe. Fallitur augurio spes bona sæpe suo.

*Aeschin. contra Timar.* ἐκ τοῦ πράττεσθαί τινα, ὧν οὐ προσῆκεν, ἐκ τούτου τοὺς νόμους ἔθεντο οἱ παλαιοί. *Ea de causa leges à maioribus latæ sunt, quod quædam contrà quàm deceret, committentur.*

Locus communis e. ex malis moribus bonæ leges ortæ sunt.

*Isocr. ad Nicoc.* Μεγαλόφρονας νόμιζε, μὴ τοὺς μείζω πειβαλλομένους, ὧν οἷοί τ' εἰσὶ κατασχεῖν. *Ne existimes illos esse magnanimos, qui maiora suscipiunt viribus.*

Locus communis e de magnanimitate.

*Epictet,* Εὐγνώμων ὁ μὴ λυπούμενος ἐφ' οἷς μὴ ἔχει, ἀλλὰ χαίρων ἐν οἷς ἔχει. *Prudens est, qui non dolet propter absentia, sed gaudet rebus præsentibus.*

ἀνταρκεια.

Huc pertinet sua regula pro nominibus: demonstrativa pronomina dissimulantur. Infra pagina centesima sexagesima octaua.

## III.

*Eleganter pro relatiuo, seu articu-*

ticulo ſubiunctiuo, & verbo, articulus præpoſitiuus cum participio ponitur, vt:

Chryſoſt. Οὗτος μάλιστά ἐστιν ὁ ἑαυτὸν εἰδὼς, ὁ μηδὲν ἑαυτὸν εἶναι νομίζων. Hic maxime ſeipſum cognoſcit, qui ſeipſum pro nihilo reputat

Philemon.

ἥδιον οὐδὲν οὐδὲ μουσικώτερον
ἐστ', ἢ δυνάσθαι λοιδορούμενον φέρειν.
ὁ λοιδορῶν γὰρ, ἂν ὁ λοιδορούμενος.
μὴ προσποιῆται, λοιδορεῖται ὁ λοιδορῶν.

Suauius nihil eſt, neq; magis Muſicum,
Quàm poſſe conuicia ferre.
Nam conuiciator ſi is, aduerſus quem conuicia dicuntur,
Non præſefert dolorem, ſuis conuitijs obruitur.

Plato 6. de lege Ὁ μὴ δουλεύσας, οὐδ' ἂν δεσπότης γένοιτο ἄξιος ἐπαίνου. Qui non ſeruiuit, non poteſt eſſe dominus laude dignus.

Rela-

## IIII.

*Relatiuum, cum ad totam orationem præcedentem refertur, plerunq; in genere neutro ponitur, vt:*

*Epheſ. 5.* μὴ μεθύεσθε οἴνῳ, ἐν ᾧ ἐστὶν ἀσωτία. *Nolite inebriari vino, in quo eſt beluina quædam feritas.*

## V.

*Nonnunquam antecedens caſum relatiui imitatur, vt:*

*Aeſchin. contra Timar.* οὐκ ἔστιν ἥντινα πώποτ' οὐκ ἦρξεν ἀρχῶν. *Nullus eſt magiſtratus, quem non geſſerit.*

*Simile eſt.* οὐκ ἔστιν ὁντινα εἰς μετάνοιαν ὁ καλεῖ ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ ἁμαρτωλόν. *Nullus eſt peccator, quem non Filius Dei ad pœnitentiam vocet.*

*Iuſtinus.* Δυσαναίσθητος ἡ ψυχὴ πρὸς τοιαῦτα, ἀφ' ὧν ὠλίσθησε καλῶν. δυσεκβίαστός τε τούτων, ὧν ἐμπεδώθη κακῶν. *Vix denuò erigitur animus ad bona illa, à qui-*

*à quibus dilapsus est: & ægrè retrahitur ab illis malis, quibus assuetus est. Pro* ἐπὶ ταῦτα τὰ καλὰ *&c.*

## VI.

*Efficit & relatiuum* ὅστις, *vt antecedens in genitiuo ponatur, vt:*

*Isocrat. Panath.* Ταύτην λαβὼν τὴν δύναμιν, οὐκ ἔστιν ἥντινα τῶν ἑλληνίδων πόλεων ἐλύπησεν. *Hanc potentiam nactus, nulla Græcarum ciuitatum est, cui molestus fuerit.*

## III. REGVLA.

Substantiuum cum substautiuo genitiuo casu iungitur, vt:

*Democrit.* Πατρὸς σωφροσύνη, μέγιστον τέκνοις παράγγελμα. *Patris temperantia, liberis optimum honestè viuendi præceptum est.*

*Isocrat.* τοὺς ἄλλους λοιδορῆσαι, οὐ σημεῖον ἀρετῆς ἐστὶν. *Alios conuicijs proscindere, non est indicium virtutis.*

*Chry-*

*Chrysost.* Ἀποφία τροφῆς, ὑγεία, φασὶν ἰατρῶν παῖδες. *Cibo non saturari, sanitatem esse, medicorum filij asseuerant.*

*Chrysosto.* Ταπεινοφροσύνης τὸ μὲν σχῆμα πολὺ, ἡ ἀλήθεια δ' οὐδαμοῦ. *Humilitatis species quidem vbiq; cernitur, sed veritas nusquam.*

*Orpheus.* Εὐσεβέων δ' ἀεὶ τὸ τέλος γλυκερώτερόν ἐστι. *Piorum hominum exitus, semper suauior & placidior est.*

## I. *Appendix.*

*Pro altero substantiuo genitiui casus interdum præpositio cum suo casu ponitur, vt:*

*Isocr.* Ἐκ ἀσφαλεῖς τὰς πολιτείας ἢ πρὸς τυράννους λίαν ὁμιλίαι. *Nimiæ tyrannorum familiaritates, Rebuspub. tutæ non sunt.*

*Demosth. Epitap.* ἡ παρὰ τοῖς πολείτοις ἄγνοια, μέμικται κακία. *Plerorumq; ignorantia, coniuncta est cum malitia. Pro* ἡ τῶν πολείτων ἄγνοια.

*Arist. Eth. 1.* τὰ περὶ ψυχὴν ἀγαθὰ, κυριώτατα λέγομεν καὶ μάλιστα ἀγαθά. *Animi bona, præcipuè & maximè bona nominamus.*

## II.

*Sæpè genitiuus substantiui cum articulo ponitur, omisso altero substantiuo, quod tamen subaudiendum est, vt:*

Ζωροάστρου ὁ Ὡρομάζου: *vel* Ζωροάστου ὁ Ὡρομάζου, *subintelligitur* παῖς. *Zoroastres Oromazi filius.*

*Matthæi 4.* Ἰακώβου ὁ Ζεβεδαίου. *Iacobus Zebedæi filius.*

*Plutar. Apophtheg.* Ἀρταξέρξης ὁ Ξέρξου, ὁ μακρόχειρ προσαγορευθεὶς, διὰ τὸ τὴν ἑτέραν χεῖρα μακροτέραν ἔχειν, ἔλεγεν, ὅτι τὸ προσθῆναι τοῦ ἀφελεῖν βασιλικώτερόν ἐστιν. *Artaxerxes, Xerxis filius, Longimanus cognomine, quod alteram manum habebat longiorem, dicere solitus est,*

*Magis*

*Magis regium esse addere aliquid, quàm adimere.*

## III.

*Adiectiua crebrò gaudent genitiuo substantiui,* κατ' ἔλλειψιν τοῦ ἕνεκα, *vt:*

μακάριος τῆς πίστεως, *Id est,* ἕνεκα τῆς πίστεως. *Beatus propter fidem.*

ἄθλιος τῆς τύχης.

*Miser propter fortunam.*

*Virg. 10. Aeneid. Ingratus salutis.*

*Idem 11. Aeneid.*

*Egregiusq; animi, fortunatusq; laborum.*

## IIII.

*Atticismus est, cum adiectiuum substantiuatur in neutro genere, vt:*

*Plutar. Demost.* Πλεῖον ὄγκος τῆς ὑποκρίσεως τῷ λόγῳ κόσμου καὶ χάριτος προσθῆναι. *Plurimum orationi ex actione ornamenti & gratiæ accedit.*

*Isocr. de Iugo.* Εἰς τοσοῦτον αἰσχίας ἐληλύθα-

λύθασί τινες, ὥστ' οἴονται παρὰ τοῖς ἄλλοις εὐδοκιμήσειν, ἢν ὡς ἂν δύνωνται πλεῖστα περὶ τῶν ἀγαθῶν βλασφημήσωσι. *Eò dementiæ quidam deuenerunt, vt etiam putent se laudem apud alios consecuturos, si quantum possunt, bonos calumnientur.*

## *Appendix.*

*Non tamen omnibus locis Græci hac syntaxi vtuntur. Dicunt enim* τοσοῦτον οἶνον, *tantum vini:* μηδὲν ὑγιὲς, *nihil sani, &c. vt.*

*Demost.* Εἰ ἐν κακοῖς καὶ χειμῶνι τοσοῦτον οἶνον ἔπινεν, ὥσθ' ὅμοιον εἶναι μανίᾳ, τί οὐκ ἄξιος εἴη παθεῖν. *Si in malis & magna vi tempestatum, tantum vini hausit, vt insano similis videretur, quod supplicium non meritus est?*

*Idem.* πολλοὶ μηδὲν ὑγιὲς μήτε λέγουσι μήτε πράττουσι. *Multi nihil sani nec dicunt, nec faciunt.*

## *V.*

*Geni-*

*Genitiuus per se positus Atticis abominantis est, vt:*

τ ἀναιδείας. *O impudentiam.*

*Aliàs additur* ὦ *vel* φεῦ, *vt:*

*Aristoteles.* ὦ τ ἀνθρωπίνης τυλαιπωρίας, ὅτι πολλοὶ πολλάκις πολεμίων κρατοῦντες ϗ ἄλλων τινῶν, γυναιξὶν ἐδούλευσαν. *O miseriam humanam: multi enim, cum sæpe hostes & alios homines vicerint, mulieribus seruierunt.*

*Budæ. Com.* φεῦ τ ἑλλάδος. *Veh Græciæ.*

## IIII. REGVLA.

Comparatiua adsciscunt genitiuos, vt:

*Aeschyl.* ἁμαρτάνῃ τε καὶ ξοφῆ σοφώτερος. *Errat etiam sapiente sapientior.*

τ πολυπραγμοσύνης οὐδὲν κενεώτερον ἄλλο. *Nihil vanius est quam curiositas.*

*Sophocl. Antigone.* ἀναρχίας μεῖζον

οὐκ ἔστι κακὸν. αὕτη πόλεις τ' ὄλλυσιν, ἠδ' ἀναστάτους οἴκους τίθησι. *Nullum maius malum est, quàm inobedientia. Hæc vrbes perdit, & vastas domos facit.*

## I. Appendix.

*Per comparatiuum cum suo casu Græci efferunt, quæ latinè eodem modo absurdè dicerentur, nisi addatur, quàm, aut aliud simile, vt:*

*Epictet.* ψυχῆ σώματος ἀναγκαιότερον ἰᾶσθαι. ἔγωγε κακῶς ζῆν, τοῦ τεθνάναι κρεῖσσον. *Magis necessarium est animæ quàm corpori mederi. Præstat enim mori, quàm malè viuere.*

*Matth. 5.* ἐὰν μὴ περισσεύσῃ ὑμῶν ἡ δικαιοσύνη πλεῖον τῶν γραμματέων & Φαρισαίων, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. *Nisi abundauerit iusticia vestra plus, quàm scribarum & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cælorum.*

Ali-

## II.

*Aliquando non sequitur genitiuus, sed præpositio cum suo casu, vt:*

*Luc. 16.* οἱ υἱοὶ τοῦ αἰῶνος τούτου φρονιμώτεροι ὑπὲρ τοὺς υἱοὺς τοῦ φωτὸς. *Filij huius seculi prudentiores sunt filijs lucis.*

*Isidorus.* τὸ ψεῦδος ἐν πρώτοις λεχθὲν, πολλοῦ πίστιν ἔχει παρὰ τῷ ἐν δευτέρῳ λόγῳ διανυμφίῳ ἀληθείαν. *Mendacium initio dictum, magis persuadet, quàm posteriori sermone indicata veritas.*

## III.

*Comparatiua mediante particula* ἤ, *varios casus adsciscunt, sed ita vt sequentium verborum ratio habeatur, vt:*

*Sophoc. Antig.*

τί δ' ἐστὶν αἰσχρὸν μεῖζον, ἢ φίλος κακὸς. *Quod potest esse maius vlcus, quàm amicus malus & perfidus?*

*Eurip.* οὐκ ἔστ' ἄκουσμα ἡδίον, ἢ ῥηθεὶς λόγῳ πατρὸς πρὸς υἱὸν εἰσέχων ἐγκώμιον. *Nihil liberis dulcius est, quam laus parentum.*

*Idem.* ἀσφαλὴς γὰρ ἐστ' ἀμείνων, ἢ θρασὺς στρατηλάτης. *Cautus dux est melior, quàm qui audax est.*

*Particula* ἤ *aliquando planè negligitur, vt:*

*Theocrit.* βέλτιον ὀψιμαθῆ καλεῖσθαι, καὶ μὴ ἀμαθῆ. *Praestat serò doctum, quàm planè indoctum nominari. h. Melius est serò discere, quàm nihil discere, seu indoctum manere.*

## IIII.

*Nonnunquam positiuo* μᾶλλον *additur, vt:*

*Act. 20.* μακάριόν ἐστι διδόναι μᾶλλον ἢ λαμβάνειν. *Beatius est dare, quàm accipere.*

## V.

*Attici*

*Attici pro comparatiuo vsurpant positiuum, nisi malis subintelligi* μᾶλλον, *vt:*

*Psal. 117.* ἀγαθον πεποιθέναι ἔτι κύριον, ἢ πεποιθέναι ἐπ' ἀνθρωπον. *Melius est confidere in Domino, quàm confidere in homine.*

*Polybius de Aeacidis.* αὐάκιδαι πολέμῳ κεχαρηότες, ἢ γε δαιτὶ. *Aeacidæ bello magis gaudebant, quàm conuiuio.*

*Matth. 18.* Καλόν σοί ἐστι χωλὸν εἰς τὴν ζωὴν εἰσελθεῖν, ἢ δύο πόδας ἔχοντα βληθῆναι εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον. *Melius tibi est ad vitam ingredi debilem vel claudum, quàm duos pedes habentem mitti in ignem æternum.*

*Menander.* καλὸν τὸ μὴ ζῆν ἐστιν, ἢ ζῆν ἀθλίως. *Melius est non viuere, quàm misere viuere.*

*Sic contrà comparatiuus pro superlatiuo ponitur, vt:*

*Nilus.* πάντων χαλεπώτερόν ἐστι, ἄρχειν ψυ-

ψυχῶν. *Omnium laboriosissimum est, animabus praeesse.*

*1. Corinth. 13.* μείζων δὲ τούτων ἡ ἀγάπη. *Maior his charitas. Pro* μεγίστη. *maxima his.*

Διογένης ἐρωτηθεὶς ποῖα εἴη θηρία χαλεπώτερα; εἶπεν, ἐν μὲν τοῖς ὄρεσι, ἄρκτοι καὶ λέοντες, ἐν δὲ ταῖς πόλεσι, τελῶναι καὶ συκοφάνται. *Diogenes interrogatus quanam feræ pessimæ essent, dixit: In montibus vrsi & leones, in ciuitatibus verò publicani & sycophantæ.*

ἡράκλειτος νέος ὢν, πάντων γέγονε σοφώτερος, ὅτι ἤδει ἑαυτὸν μηδὲν ὄντα. *Heraclitus adhuc iuuenis, omnium sapientissimus fuit, quia sciebat se nihil esse.*

*Et econtra pro comparatiuo superlatiuus, vt:*

*Sophoc. Antigo.* ὅσῳ κράτιστον κτημάτων εὐβουλία. *Quanto præstantius est salutare consilium opibus?*

τὰ ἄρρενα κινητικώτατά ἐστι τῶν θηλέων,

*pro*

*pro κινητικώτερα. Masculi agiliores sunt fœmellis.*

## VI.

*Vt apud Latinos, eò, quò, tantò, quantò, multò, longè etc. ita apud Græcos, Hæ particulæ,* πολλῷ, πολλὸν, πολὺ, τοσούτῳ, ὅσῳ, μᾶλλον, μεῖζε, πανὺ, λίαν, πόσῳ, μικρῷ, ὀλίγῳ, μακρῷ, ὅσον, τοσοῦτον, *& similes, comparatiuis præponuntur, vt:*

*Nazian.* Πολλῷ βέλτιόν ἐστι, μᾶλλον τοὺς ἀξίους ὀφελεῖν καὶ τοῖς ἀναξίοις, ἢ τοὺς ἀξίους ἀποστερεῖν δέει τῶν ἀναξίων. *Multò melius est, propter dignos etiam indignis benefacere, quàm beneficijs priuare dignos metu indignorum.*

*Hesio.* χρήματα δ' οὐκ ἁρπακτὰ, θεόσδοτα πολλὸν ἀμείνω. *Diuitiæ non raptæ, sed diuinitus datæ, longè præstantiores sunt.*

ἀρχῇ ἰᾶσθαι πολὺ λῴτερον, ἢ τελευτῇ. *Multò melius est principio mederi, quam fini.* Isa-

*Isocrat. Nicoc.* προσήκειν ἡγεῖμαι τοσούτῳ σοὺς βασιλέας βελτίους εἶναι τῶν ἰδιωτῶν, ὅσῳπερ καὶ τὰς τιμὰς μείζους αὐτῶν ἔχουσι. *Existimo decere, reges tantò meliores esse priuatis hominibus, quanto eis honoratiores sunt.*

*Plutarch. in Padagog.* γῆ ὅσῳ τῇ φύσει βελτίων ἐστὶ, τοσούτῳ μᾶλλον ἐξαργηθεῖσα δι' ἀμέλειαν, ἐξαπόλλυται. *Ager quò natura præstantior & fertilior est, eo magis per incuriam neglectus interit.*

## V. REGVLA.

### Superlatiua adsciscunt genitiuos plurales, vt:

*Herodot. Terpsi.* κτημάτων πάντων ἐστὶ τιμιώτερον ἀνὴρ φίλος σωετός τε καὶ εὔνοος. *Preciosissimus thesaurus est, amicus prudens & beneuolus.*

*Eurip.* ἡ μεγίστη τῶν ἐν ἀνθρώποις νόσων πασῶν ἀναίδεια. *Impudentia est maximus morbus omnium reliquorum in hominibus.*

Chry-

Chryſoſt. ὁ μὴ ἐπιθυμῶν τῶν ἀλλοτρίων, ἀλλ' ἐν αὐταρκείᾳ νομίζων εἶναι, πάντων ἐστὶν εὐπορώτερος. *Non qui aliena concupiſcit, ſed qui ſuis rebus contentus eſt, omnium eſt ditiſſimus.*

Plato. 1. de leg. τὸ νικᾶν δὴ ἄλλους, ἀλλ' αὐτὸν αὑτόν, πασῶν νικῶν πρώτη καὶ ἀρίστη. *Omnium victoriarum prima & optima eſt, non alios, ſed ſeipſum vincere.*

## I. Appendix.

*Loco genitiui vti quoq; poſſumus præpoſitione cum ſuo caſu, vt:*

Ὅμηρον νομίζω πρῶτον ἐν ποιηταῖς, *pro* πρῶτον τῶν ποιητῶν. *Homerum iudico ſummum inter Poetas.*

## II.

*Aliquando poſt ſuperlatiuum, ſolus articulus ponitur* ἐλλειπτικῶς. *vt:*

*Iſocrat.* Οἱ βέλτιστοι τῶν ἐν ταῖς πόλεσι, πολλάκις κάκιστα πράττουσι. *Sæpè optimi quiq; ciuium infeliciſſimi ſunt.*

Prapo-

## III.

*Præponunt etiam superlatiuis, intendendi gratia,* ὡς, ὡς ὅτι, ὅτι, *vel absolutè, vel mediante* δύναμαι, *aut* οἷόντε, *vt.*

Ἐξώπλισε στρατείαν ὡς ἐδύνατο κάλλιστα, ὡς οἷόντε ἄριστα, ὡς ὅτι βέλτιστα. *Instruxit exercitum, quàm potuit optimè.*

*Plato 5. de legib.* ἡμῖν δὴ ἡ τῶν νόμων ὑπόθεσις ἐνταῦθα ἔβλεπεν, ὅπως ὡς εὐδαιμονέστατοι ἔσονται, καὶ ὅτι μάλιστα ἀλλήλοις φίλοι. *Hæc est legum nostrarum hypothesis, vt ciues sint quam beatissimi, & quam maximè inter se amici.*

*Isocrat. ad Nicoc.* ἡγοῦ τοῦτο εἶναι θῦμα κάλλιστον, καὶ θεράπειαν μεγίστην, ἐὰν ὡς βέλτιστον, καὶ δεικαιότατον σεαυτὸν παρέχῃς. *Statuas id pulcherrimum esse sacrificium, & cultum maximum, si te quàm optimum & iustissimum præbeas.*

*Ibidem.* Ζήτει νόμους, οἵτινας τὰς διαλύσεις ὡς οἷόντε ταχίστας ταῖς πολιτείαις ποιήσουσι.

ήσουσι. *Leges quære tales, quæ politijs & Rebuſpub. compoſitiones ſeu deciſiones quam fieri poteſt celerrimas efficiant.*

## IIII.

*Ad eundem modum & hæ voces*, πλεῖστα, πολλῷ, ὅσον, ὅσῳ, ὅτι, ὡς, ὅτι. *Item.* πολλὸν, ὄχα, πολὺ, μέγα, ἔξοχα, *& ſimiles, ſuperlatiuis præponuntur.*

## V.

*Sunt & nomina quædam, non quidem ſuperlatiua, ſed ſuperlatiuorum naturam habentia, quæ genitiuum adſciſcunt, vt* δῖα, ἔξοχος, μόνος, *& ſimilia.*

*Odyſſ.* α. νήμφη πότνι' ἔρυκε καλυψώ δῖα θεάων. *Calipſo nympha veneranda, diuina mulierum, detinnit eum.*

*Home. de Aiace.* ἔξοχος ἀργείων κεφαλὴν ἠδ' εὐρέας ὤμους. *Excellentiſſimus Græcorum capite & latis humeris.*

*Iſocrat.*

*Isocrat.* Σοφία μόνη τῶν κτημάτων ἀθάνατον. *Ex omnibus possessionibus sola sapientia immortalis est.*

## VI. REGVLA.

Adiectiua quæ partitionem, aut collectionem significant, genitiuos plurales adsciscunt, vt:

*Plutar. Apopth.* οἱ αἰγυπτίων βασιλεῖς κατὰ νόμον ἑαυτῶν τοὺς δικαστὰς ἐξώρκιζον, ὅτι κἂν βασιλεύς τι προστάξῃ κρῖναι τῶν μὴ δικαίων, οὐ κρίνουσι. *Reges Aegyptiorum sua quadam lege iudices iurare cogebant, vt etiamsi rex ipse iniustam iuberet ferri sententiam, ei tamen morem non gererent.*

*Grego. Nazi.* τὸ αὐτῆς ἐστὶ δυσχερείας, καὶ κτήσασθαι τι τῶν ἀγαθῶν οὐχ ὑπάρχον, καὶ κτηθὲν διασώσασθαι. *Non minor est virtus, quàm quærere, parta tueri.*

*Herodo.* οὐδεὶς ἀνθρώπων ἀδίκων τίσιν

οὐκ

ἐκ ἀποτίσῃ. *Nemo hominum delinquens, pœnam non persoluet.*

*Basil.* ῥᾷον ἐκάστῳ ἡμῶν πολυπραγμονεῖν τὰ ἀλλότρια, ἢ τὰ οἰκεῖα ἑαυτοῦ διασκέπτεσθαι. *Facilius est vnicuiuis nostrum, aliena curiosè obseruare, quàm propria negotia rectè agere.*

## I. *Appendix.*

*Vim partitiuorum habent & comparatiua. vt:*

*Isocr. ad Nicoc.* οὕτως ὁμίλει τῶν πόλεων πρὸς τὰς ἥττους, ὥσπερ αὐ τοὺς κρείττους πρὸς σεαυτὸν ἀξιώσεις. *Ergà ciuitates imbecilliores talem te præbe, quales potentiores in te esse velles.*

*Idem.* οἱ νεώτεροι τῶν ἀνθρώπων ἀεί εἰσι τολμηρότεροι. *Semper iuuenes homines audaciores sunt.*

*Item articuli. vt:*

*Arist. Eth. 3.* τῶν δὲ σῶμα κακιῶν αἱ μὲν ἐφ' ἡμῖν, ἀπολαμβάνουσι. αἱ δὲ μὴ ἐφ'

ἡμῖν, ὀ. *Quæ vitia corporis in nostra sunt potestate, probri vice obijciuntur: quæ non sunt, non item.*

## Item relatiua, vt:

*Isocrat.* τῶν ἀνθρώπων οἱ εὐφρονοῦσιν, οὐ δυσχεραίνουσιν ἐπὶ ταῖς νουθεσίαις τε καὶ ἐπιτιμήσεσι. *Homines qui sapiunt, non molestè ferunt admonitiones & obiurgationes.*

## Item pronomina demonstratiua, vt:

*Demost. Aristogit.* ϛ. Τῶν πόλεων ἄριστα ἂν ταύτας οἰκουμένας ἴδοιμεν, ἐν αἷς ἄριστοι νομοθέται γεγόνασι. *Eas vrbes maximè florere videmus, in quibus legumlatores optimi extiterunt.*

*Isocrat.* πολλοὶ τούτοις χαίρουσι τῶν λόγων, οἱ μηδὲ πρὸς ἓν χρήσιμοι τυγχάνουσιν ὄντες. *Multi delectantur illis orationibus, quæ ad nullam rem vtiles sunt.*

*Tale est & illud. Animalium hæc binis, illa quaternis pedibus incedunt.*

Perti-

Pertinent etiam ad hanc regulam numeralia nomina: Item hæc adiectiua, ὅσος, τοσοῦτος, πηλίκος, πόσος, πολλοί, πλείονες, ὅσοι, ἕτεροι, ἄλλοι, & similia, de quibus singulis studiosi in Authoribus exempla obseruabunt.

## II.

Est & vbi adiectiuum partitionis aut collectionis dissimulatur, vt:

Polyænus. Παρόντων μὲν μήτε ψέγε, μήτε ἐπαίνει. τὸ μὲν γὰρ ἔχθραν φέρει, τὸ δὲ κολακείαν. Præsentium neminem vituperes, neq; laudes. Hoc enim adulationem, illud inimicitiam parit. Hîc μηδένα dissimulatum est.

## VII. REGVLA.

Adiectiua quæ copiam, inopiam, desiderium, noticiam, dignitatem, differentiam, vacuitatem,

venditionem & participationem significant, genitiuos adsciscunt, vt:

*Hesiod.* πλείη μὲν γὰρ γαῖα κακῶν, πλείη δ' ἁλὸς ἐστί. *Plena terra malorum est, plenum quoq; mare.*

*Plato. 5. de legib.* πρὸς δὴ αὖ τοῦτο ξένος ἁμαρτήματα περὶ τὸ πολιτῶν εἰς θεὸν ἀνηρτημένα, ἡμιωρὸν μᾶλλον. ἔρημος γὰρ ὁ ξένος ἐπίρρων τε & ξυγγενῶν ἐλεεινότερος ἀνθρώποις καὶ θεοῖς. *Iniuriæ, quibus hospites afficiuntur, pertinent ad Deum iudicem & vindicem. Nam hospes destitutus præsidio cognatorum & affinium, misericordia dignus est apud Deum & homines.*

*Grego.* Πλωχοί ἐσμεν ἅπαντες, καὶ τῆς θείας χαριτος ἐπιδεεῖς. *Omnes sumus mendici, & diuinæ gratiæ indigentes.*

*Demost. in Chersones.* πόλεως ἔγωγε πλέστον ἡγοῦμαι, ξυμμάχους, πίστιν, εὐνοιῶν ἀπάντων ἐστὶν ἡ πόλις ἡμῶν ἄπορος. *Ciuitatis diuitias iudico esse, socios, fidem, bene-*

beneuolentiam: quibus rebus omnibus ciuitas nostra destituta est.

Demonactus. ἐν ἀλλοτρίοις παραδείγμασι παίδευε ἑαυτὸν, ἵ ἀπαθὴς τῶν κακῶν ἔσῃ. In aliena exemplia intuens eruditus te ipsum, & malorum expers eris.

Demost. Epist. ad Philip. ἅπας μὲν ἐστι λόγος μάταιος, πράξεων ἄμοιρος γνώμη. Omnis oratio inanis est, nisi facta subsequantur.

Aristo. ἄπειρος τοῦ βίου πράξεων ὁ νέος. Iuuenis ignarus est negotiorum, quæ in vita versantur.

Hom. Iliad. λ. εἷς ἰητρὸς ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων. Vir medicus multis alijs præstantior vnus.

Chrysost. οὐδὲν ἀνταξιον γνησίᾳ φιλίᾳ. Nihil cum fideli amico permutari potest.

Matth. 10. ἄξιος ἐργάτης τῆς τροφῆς αὐτοῦ. Dignus est operarius cibo suo.

Ouid. 3. de Arte.

Curia consilij quæ nunc dignissima tanti

Διάφερον ἀπό τινος. *Diuersum ab illo.*

*Lucian.* κενὴ ὀϊστῶν ἡ φαρέτρα. *Pharetra vacua sagittis.*

*Chrysost.* ὁ κακίας ἐλεύθερος, καὶ ὑποῤῥᾳδὴς κακίαν ἀχρότερον. *Qui à vitijs liber est, is etiam ad malum suspicandum tardior.*

*Aeschin. cont. Ctesiph.* αἵματός ἐστιν ἡ ἀρετὴ ὠνία. *Virtus sanguine constat.*

*Aristo.* φαίνεται πάντα ὠνια εἶναι πλέτῳ *Videntur omnia diuitijs emi seu comparari posse.*

*Isocrat. ad Nico.* δόξῃ μὲν χρήματα κτῆται· δόξα δὲ χρημάτων οὐκ ὠνητή. *Fama & gloria pecunia comparari potest: gloria autem nummis non emitur.*

*Sopho.* εὐδαίμονες οἵτιν κακῶν ἄγευστοι αἰών. *Beati sunt, quorum atas non particeps est malorum.*

## *Appendix.*

Ἔνοχος, ὑπεύθυνος, *nunc cum genitiuo, nunc cum datiuo construuntur, vt:*

*Philon.*

*Philon.* ἄτοπον ἁμαρτημάτων ἔνοχον εἶναι, οὐ τοῖς ἄλλοις τὰ δίκαια βραβεύειν ἐξισταμένους. *Absurdum est criminibus obnoxios esse eos, qui aliis ius exæquant & administrant.*

*Matth. 26.* Ἔνοχος θανάτου ἐστί. *Reus est mortis.*

*Clemens.* ἡ ἀληθὴς μετάνοια, τὸ μηκέτι τοῖς αὐτοῖς ἔνοχον εὑρεθῆναι. *Vera pœnitentia est, non amplius iisdem rebus obnoxium deprehendi.*

*Lycurg. cont. Leocrat.* ἔνοχοί εἰσι τῇ προδοσίᾳ, οἱ φεύγοντες τὸν ὑπὲρ τῆς πατρίδος κίνδυνον. *Rei sunt proditionis, qui pericula pro patria subterfugiunt.*

*Chrysost.* εὐθύνος ἕκαστος ἡμῶν ἐστὶ τοῦ πλησίον σωτηρίας ἐστί. Διὰ τοῦτο οὐχὶ τὰ ἑαυτῶν σκοπεῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν πέλας ἐπελεύθημεν. *Vnusquisq; de salute proximi solicitus esse debet. Itaq; non tantum commoda nostra spectare & parare iussi sumus, sed etiam proximorum.*

*Demost in Amatoria orat.* Ὀπικίνδυνον τὸ συμβουλεύειν, μέλλοντα αὐτὸν ὑπεύθυνον τῷ πεισθέντι καθιστᾶν. *Periculosum est consilium dare, cum monitori euentus consilij præstandus est.*

## VIII. REGVLA.

Datiuos adsciscunt adiectiua, quæ similitudinem, facilitatem, amicitiam, vtilitatem, & contrà significant, vt:

*Hesiod.* μὴ κακὰ κερδαίνειν, κακὰ κέρδεα ἴσ' ἄτησι. *Ne malè lucreris, mala lucra æqualia damnis.*

*Climax.* ὁ τιθὴ ἑαυτοῦ θεραπεύων γαστέρα, καὶ πνεῦμα πορνείας νικῆσαι θέλων, ὁμοιός ἐστι τῷ μὴ ἐλαίῳ σβεννύοντι ἐμπεσμόν. *Qui ventrem suum delicatè & molliter tractat, & tamen spiritum fornicationis vincere cupit, similis est homini incendium oleo extinguenti.*

*Linus.* ῥήδια πάντα θεῷ τελέσαι, καὶ ἀνδρὶ

ἀνήνυτον οὐδὲν. *Omnia Deo effectu facilia sunt, & impossibile nihil.*

*Chrysosto.* οὐδὲν οὕτω τῷ θεῷ φίλον, ὡς μετὰ τῶν ἐσχάτων ἑαυτὸν ἀριθμῆσαι. *Nihil tàm Deo gratum est, quàm seipsum inter postremos numerare.*

*Aristo.* φιλεῖ ἕκαστος, οὐ τὸ ὂν αὐτῷ ἀγαθὸν, ἀλλὰ τὸ φαινόμενον. *Amat vnusquisq;, non quod sibi bonum est, sed quod videtur bonum esse.*

*Xenoph.* ἐστὶν οὐδὲν οὕτως οὔτ' εὔχρηστον, οὔτε καλὸν ἀνθρώποις, ὡς ἡ τάξις. *Nihil est vel ad vsum commodius, vel ad speciem pulchrius ordine.*

*Theocri. in Epitaphio Epicharmi.* παῖσιν εἶπε χρήσιμα, μεγάλη χάρις αὐτῷ. *Pueris dixit vtilia, Magna igitur gratia ipsi debetur.*

*Pythagoras.* ὡς ἡδὺ τῷ φύσαντι, πείθεσθαι τέκνα. *Quam iucunda res est parenti, obedire liberos.*

## *Appendix.*

*Huc & adiectiua pertinent, quæ*

passiuè capiuntur. Item composita à σὺν & ὁμὸς, vt:

ἄγνωστον τοῖς πολλοῖς. Ignotum multis.
συντροφος ἐμοὶ. Conuictricius mihi.
Basili. γεννηθέντα & ποιηθέντα, ὁμοούσιον τῷ πατρί. Genitum non factum, consubstantialem patri.

## IX. REGVLA.

Græci eleganter vtuntur gemino datiuo, mediante coniunctione καὶ, vbi Latini vnico tantum, addentes vel aduerbium Tecum, vel præpositionem Cum, cum suo casu, & genitiuum rei vel negotij, vt:

Iohan. 3. τί ἐμοὶ καὶ σοὶ γύναι; Quid mihi tecum est mulier?
Matth. 8. τί ἡμῖν καὶ σοὶ Ἰησοῦ υἱὲ θεοῦ; Quid nobis tecum negotij est, Iesu fili Dei?

Matth.

*Matth.* 27. μηδὲν σοι καὶ τῷ δικαίῳ ἐκείνῳ. *Nihil tibi rei sit cum illo iusto.*

Nonnunquam additur πρᾶγμα, vt:

*Herodo. in Terpsi.* αἰγινῆται ἔφασαν σφισὶ καὶ ἀθηναίοισι εἶναι οὐδὲν πρᾶγμα. *Aeginetæ dicebant sibi nihil esse negotij cum Atheniensibus.*

## X. REGVLA.

Datiuus instrumenti, causæ vel materiæ, subijcitur certis adiectiuis, vt:

*Aristo.* παραμυθικὸν ὁ φίλος ἐν τῇ ὄψει καὶ τῷ λόγῳ, ἐὰν ᾖ ἐπιδέξιος. *Amicus & vultu & sermone consolationem adfert, si bonus & syncerus est.*

*Basilius.* πᾶν τὸ ἀρχαιότητι διαφέρον, αἰδέσιμον. *Quicquid vetustate antecellit, id venerabile est.*

## XI. REGVLA.

Adiectiua per Synecdochen accusatiuos substantiuorum adsciscunt, vt

ἱερων

Ἱέρων ἐρωτηθείς, τίς ὁ εὐδαίμων, ἔφη, ὁ τὸ μὲν σῶμα ὑγιὴς, τῷ δὲ ψυχῇ εὔπορος, τῷ δὲ φύσιν εὐπαίδευτος. *Hieron interrogatus, quis felix esset, Qui, inquit, corpore sanus est, animo diues, ingenio docilis.*

*Plutarchus.* Οὐκ ἀνὴρ σπουδαῖος, ὁ πολύτιμον ἐσίαν κεκτημένος, ἀλλ' ὁ τῇ ψυχῇ γενναῖος. *Non vir honestus est, qui magni precij possidet opes, sed qui generoso animo præditus est.*

*Basilius:* Οὐ τῇ ἡλικίαν νέος, ἀλλ' ὁ τῇ ψυχῇ ἀτελὴς, νεώτερος λέγεται. *Non ætate iuuenis, sed qui animo imperfecto est, iunior dicitur.*

*Isocra. ad Demo.* πρᾶος τὸ μὲν σῶμα εἶναι φιλόπονος, τῇ δὲ ψυχῇ φιλόσοφος. *Corpore sis laborioſus, animo verò sapientiæ studioſus.*

## I. *Appendix.*

*Huc pertinent nomina, quæ vel patriam, & gentem, vel habitum, vel*

vel partem in homine significant, & à Grammaticis per præpositionem κατ' exponuntur, vt:

πατρίδα ῥωμαῖος. *Patria Romanus.*

Σύρος κατ' ὄνομα καὶ τὴν πατρίδα. *Syrus & nomine & patria: Subintelligitur κατὰ.*

*Lucia.* Πάρις σοφὸς τὰ ἐρωτικά. *Paris peritus rerum amatoriarum.*

*Theog.* ἀδελεὶς ἀνθρώπων αὐτὸς ἅπαντα σοφός. *Nemo hominum in omnibus sapiens est.*

## II.

*Inuenitur & aliquando κατ' additum esse, vt:*

*Epigramma.*

ὃς κατὰ σῶμα καλὸς, κατ' νοῦν δ' οὐ ἐστὶν ἄμορφος.
οὐχρὸς δὴ πλεῖον μοὶ δοκεῖ ἢ καλός.

*Deformis cui mens in pulchro corpore durat,*
*Hic non tam pulcher, quam vitiosus erit.*

*Mente*

ἄλλως.

*Mente niger pulchris albens sed corpore signis*
*Quàm iuuat hic albor, plus nocet ille nigror.*

## III.

*His vocibus,* ὅσος, τοσοῦτος, τηλικοῦτος, *per Synecdochen* τὸ μέγεθος *vel* τὸ πλῆθος *additur, vt.*

*Demosth.* Πολλοὶ ἀγνοοῦσιν, ὅσον ἔργον τὸ μέγεθος ἐνίσαντες. *Multi non sciunt, quantum opus aggrediantur & sustineant.*

*Isocrat.* λέγειν καὶ γράφειν νομίζουσί τινες ὑπὲρ τηλικούτων τὸ μέγεθος καὶ πίστων πραγμάτων, ὑπὲρ ὧν οὐδεὶς οὐ ἄλλος ἐπεχείρησε. *Quidam arbitrantur se de tantis & talibus rebus dicere & scribere, quas nemo vnquam attingere ausus fuerit.*

*Idem.* ὑπὸ τοσαύτας τὸ πλῆθος συμφορὰς πολλοὶ ἐκόντες σφᾶς αὐτοὺς ὑποβάλλουσιν, ὥστε ἀπαλλάξαι αὐτῶν ἐ δυνήσονται. *In tantas calamitates multi seipsos vltrò conijciunt, vt extricare se ex ijs nonpossint.*

## XII. REGVLA.

Variæ figuræ ſunt deſcriptionis laudandi vel vituperãdi, ſed genitiuis Græci libentius uſi ſunt, ut:

Ἀνὴρ μεγάλης ἀρετῆς. *Vir magnæ virtutis.*

Γυνὴ ἀχαλίνου στόματος. *Mulier effrenato ore.*

### I. Appendix.

*Dici etiam poteſt per nominatiuum & datiuum, vt:*

Ἀνὴρ μέγας ἀρεταῖς. *Vir magnus virtute.* ἀνὴρ πονηρὸς τρόποις. *Vir improbis moribus. Vt Menander.*

Ὅστις διαβολαῖς πείθεται τοχὺ,
ἢ τοι πονηρὸς αὐτός ἐστι τοῖς τρόποις,
ἢ παντάπασι παιδαρίου γνώμην ἔχει.

*Quiſquis ſtatim fidẽ habet calumnijs,*
*Is aut moribus improbis præditus eſt,*
*Aut ingenium prorſus habet puerile.*

*Grego. Nyſſe.* ὁ τῇ φύσει ἀγαθὸς, καὶ ἀγαθῶν πάντων παρεκτικός. ἴδιον γὰρ παντὸς ἀγα-

θοῦ τὸ

ἰοῦ τὸ ὠφελεῖν. *Qui natura bonus est, idem & omnino alijs sua bona libenter communicat. Proprium enim bonorum omnium est, alijs prodesse.*

*Plutar.* διδασκάλους ζητητέον τοῖς τέκνοις, οἱ μὴ τοῖς βίοις εἰσὶν ἀδιάβλητοι, & τοῖς τρόποις ἀνεπίληπτοι, μὴ τοῖς ἐμπειρίαις ἄριστοι. *Pædagogi liberis quærendi sunt, quorum & vita crimine, & mores reprehensione vacent, quiq; optimarum rerum usu præstent.*

*Ouid. 2. Trist.*

*Ennius ingenio maximus, arte rudis.*

## II.

*Dicitur etiam,* Ἀνὴρ μέγας ἀρετῶν, γυνὴ ἀχαλινὸν στόμα, Σωκρατικῶς.

DE

# DE SYNTAXI VERBORVM.

## I. REGVLA.

Nominatiuus præcedit verbum finitum ſimili numero & perſona, vt:

*Herodot. lib. 7.* Φιλέει ὁ θεὸς τὰ ὑπερέχοντα πάντα κολούειν. οὐ γὰρ ἐᾷ φρονέειν ἄλλον μέγα ὁ θεὸς, ἢ ἑαυτὸν. *Solet Deus omnia ſublimia mutilare: nec ſinit quenquam ſpiritus altos gerere, cum ipſe ſolus ſit altiſſimus.*

*Demoſt.* περὶ παραπρεσβ. οἱ πολλοὶ νόμον τὸ ἔθος ποιοῦσιν. *Vulgus habet conſuetudinem pro lege.*

*Vlpian. in Timocrat.* ἕκαστος βούλεται τὴν οἰκείαν γνῶσιν κυρίαν εἶναι. *Quiſq; quod ipſe ſentit, id ratum eſſe cupit.*

*Athenæus.* πολλάκι δὲ κηπωρὸς ἀνὴρ μάλα καίρια εἶπε. *Sæpe etiam hortula-*

*nus, .h. infimæ conditionis homo, vtilia dixit. Hanc sententiam Aeschylus paulo aliter effert.* πολλάκι τοὶ καὶ μωρὸς ἀνὴρ κατακαίρια εἶπεν.

## I. Appendix.

*Loco nominatiui vsurpant Attici genitiuum, vt:*

εἴθε μοὶ τούτου τοῦ ἀγαθοῦ γένοιτο νῦν *pro* τοῦτο τὸ ἀγαθὸν. *Vtinam illius boni mihi nunc fiat. pro illud bonum.*

*Idem planè Græcismus est illud Ciceronis, lib. 7. Epist. Familia. Cum illius temporis mihi in mentem venit. Pro Illud tempus.*

## II.

*Atticis neutris pluralibus respondet verbum singulare, vt:*

*Chrysost.* πολλάκις τὰ εἰσενεχθέντα κακῶς ὀλίγα, τὰ καλῶς κείμενα ἐξέβαλε πολλὰ ὄντα. *Sæpe exiguum lucellum fraude quæsitum, magnas opes rectè partas euertit.*

*Demosth.*

*Demosth.* παρ' ἄλληλά ἐστι φανερώτερα. *Res inter se collocatæ, clariores sunt.*

*Diodorus.* τῷ ἀργυρίῳ ὑπακούει πάντα. *Pecuniæ obediunt omnia.*

*Plato.* τὰ μεγάλα κακὰ οὐκ ἄλλοθεν, ἢ ἐκ φιλονεικίας καθίστασθαι. *Maxima mala non aliunde, quàm ex cupiditate rixandi existunt.*

*Basili.* τὰ τῶν ἀρχόντων κακὰ, συμφορὰ τοῖς ἀρχομένοις γίνεται. *Principum peccata, calamitas fiunt subditis. i. Quicquid delirant Reges, plectuntur Achiui.*

## III.

*Etiam masculina & fœminina pluralia iunguntur verbis singularibus, vt:*

τοῦ δ' ἦν τρεῖς κεφαλαὶ. *pro* ἦσαν: *Cuius erant tria capita.*

## IIII.

*Synthesis est, cum nomini multitudinis singulari respondet verbum plurale, vt:*

ὡς φασὼ ἡ πληθὺς. *Sic dixerunt multitudo. Susarion apud Stobæ.* ἀκούετε λεως. *Audite populi, pro populi.*

*Huc pertinent omnia nomina, quæ voce & terminatione sunt singularia, sensu verò pluralia, vt* ἕκαστος *& similia.*

*Home.* ὅλη τότε κακκείοντες ἔβαν οἶκονδε ἕκαστος. *Tunc dormiturientes iuerunt domum vnusquisq.*

*Huc & illud Pauli 1. Timoth. 2. referendum est.* Σωθήσεται δὲ γυνὴ διὰ τεκνογονίας, ἐὰν μείνωσιν ἐν πίστει, καὶ ἀγάπῃ, καὶ ἁγιασμῷ μετὰ σωφροσύνης. *Salua tamen fiet mulier per generationem liberorum, si manserint in fide, ac dilectione & sanctificatione, cum castitate.*

*Hic multos fefellit numeri mutatio* ἐὰν μείνωσιν, *SI MANSERINT, ideoq; disputant, quid velit Paulus, An mater alioqui pia, si filij abiecerint fidem, peritura sit ipsa quoq; : sed loquitur*

*hic*

*hic de sexu: Si manserint, scilicet sexus muliebris. Mulier enim hoc loco totum sexum seu totam speciem significat, cui rectè, quo ad sensum, respondet verbum plurale.*

## V.

*Est & Enallage generis usitata apud Græcos, ut:*

*1. Iohan. 5.* τρεῖς εἰσὶν οἱ μαρτυροῦντες ἐν τῇ γῇ, πνεῦμα, καὶ ὕδωρ καὶ αἷμα. καὶ οἱ τρεῖς εἰς τὸ ἕν εἰσιν. *Tres sunt qui testimonium dant in terra, Spiritus, aqua & sanguis, & hi tres unum sunt. Cum de aqua, sanguine & Spiritu, tanquam de personis loquatur, mutat neutrum genus in masculinum propter* προσωποποιΐαν. *Alioqui enim dixisset,* τρεῖα εἰσὶν μαρτυροῦντα, πνεῦμα, καὶ ὕδωρ & αἷμα. *Nam tres illæ voces generis neutri sunt.*

*Infinitiuus cum articulo neutri generis pro nominatiuo ponitur, vt:*

*Aristo.* τὸ πᾶσιν ἀρέσαι, δυσχερέστατόν ἐστιν. *Omnibus placere, difficilimum est.*

*Gregor.* ἴδιον πάντος ἀγαθοῦ τὸ ὠφελεῖν. *Proprium est bonorum omnium, alijs prodesse.*

*Philon.* τὸ μὴ μηδὲν σωφρόνως ἁμαρτάνειν, ἴδιον θεοῦ. *In nulla prorsus re peccare, solius Dei est.*

*Cic. Paradox. Ipsum quidem peccare, quoquò te verteris, vnum est.*

*Nonnunquam articulus omittitur, vt:*

*Sirach. 1.* Ἀρχὴ σοφίας, φοβεῖσθαι τὸν κύριον. *Initium sapientiæ est, timere Dominum.*

*Horat. lib. 1. ep. 1. Virtus est vitium fugere, & sapientia prima, Stultitia caruisse.*



*Græci*

Græci ſæpè Ellipſi vtuntur, omiſſo verbo ſubſtantiuo, vt:

*Soph. Antig.* εἰ δ' ἐγὼ νέος, οὐ τὴν χρόνον χρῆ μᾶλλον, ἢ τἄργα σκοπεῖν. *Etſi ſum iuuenis, tamen magis ſpectandum eſt, quid quiſq; dicat aut faciat, quàm qua ætate ſit.*

*Philon.* χαλεπὸν, συνήθειαν μακρὰν ἰᾶσθαι. *Difficile eſt longam conſuetudinem corrigere.*

*Pindarus.* θεῷ δυνατὸν μελαίνης νυκτὸς ἀμίαντον ὄρσαι φάος, κελαινεφεῖ δὲ σκότει καλύψαι καθαρὸν ἡμέρας σέλας. *Deus poteſt atram noctem in clariſſimam lucem conuertere, & tenebris inuoluere gratiſſimum diei lumen.*

*Xenophon.* ἀδύνατον πολλὰ τεχνώμενον ἄνθρωπον, πάντα καλῶς ποιεῖν. *Impoſſibile eſt hominem, qui multa agit, omnia rectè agere.*

*Chryſoſt.* ἡμεῖς μὲν χριστοῦ ὡς ἔργον, ὁ δὲ χριστὸς οὗτος θεοῦ, ὡς γέννημα γνήσιον, οὐχ ὡς ἔργον. ὥστε εἰ καὶ μία λέξις, ἀλλὰ διάφορος

ἡ ἔννοια. διπλῆ δὲ ἐσμὲν χριστοῦ, καὶ τῷ τῆς κτήσεως, καὶ τῷ τῆς πίστεως λόγῳ. *Nos sumus Christi tanquam creatura, Christus vero Dei, tanquam Filius à patre genitus, non vt creatura. Etsi igitur vna est forma loquendi, tamen significatio diuersa est. Sumus igitur dupliciter Christi, videlicet, respectu creationis & redemtionis.*

*Bias.* οἱ ἀγαθοὶ εὐαπάθητοι. *Boni facile decipiuntur.*

*Lucian. in Demost.* ἔρωτι πάντα πόριμα. *Amori omnia peruia sunt.*

## II. REGVLA.

Vocatiui secundæ personæ Imperatiuis præponuntur, vt:

Κύριε ἐλέησον. *Domine miserere.*

*Basilius.* ὅρα ἄνθρωπε, μή ποτε σοὶ μεταμελήσῃ τῆς κακῶν βουλευμάτων, ὅτε ὄφελος τῆς μεταμελείας οὐδὲν. *Vide homo, ne quando te malorum consiliorum pœniteat, cum pœnitentiæ nulla amplius vtilitas est.*

*Exce-*

*Exceptio.*

*Vsurpant Attici nominatiuum pro vocatiuo, vt:*

*Psal. 50.* ἐλέησόν με ὁ θεὸς κατὰ τὸ μέγα ἔλεός σου. *Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam.*

*Lucæ 8.* ἡ παῖς ἐγείρου. *Puella surge.*

## III. REGVLA.

Verbum finitum sequitur aliquando nominatiuus, præcipuè in verbis gestuum, vt:

*Hesiod.* τῷ γὰρ θεοὶ νεμεσῶσι καὶ ἀνέρες ὅσσιν ἀεργὸς ζώειν. *Huic & Dij & homines succensent, qui ignauus est.*

*Isocrat.* ἀπὸ τῶν κοινῶν ἐπιμελειῶν ἀπαλλάττου μὴ πλεσιώτερος, ἀλλ' ἐνδοξότερος. *A negotijs & curis publicis ne discedas diuitijs abundantior, sed laude & gloria clarior.*

## IIII.

*Verba substantiua præcedunt & sequuntur nominatiui.*

*Basilius.* ἡδονὴ ἄγκιστρόν ἐστι τοῦ Διαβόλου, πρὸς ἀπώλειαν ἕλκον. *Voluptas Diaboli hamus est, ad interitum trahens.*

*Eusebi.* πολλῶν κακῶν ὑπεκάλυμμά ἐστιν ὁ πλοῦτος. *Multorum malorum incendium sunt diuitiæ.*

*Isocr.* πολλάκις μικραὶ μεταστάσεις, μεγάλων κακῶν αἴτιοι γεγόνασι. *Sæpè paruæ mutationes causæ magnorum malorũ fuerũt.*

## I. Appendix.

*Eodem modo vocandi & nuncupandi verba vtrinq; nominatiuum adsciscunt.*

## II.

*Sic et* ἀκούω, *pro vocor, nominor, vt:*

*Theocrit.* εὐθλὸς ἀκούω. *Dicor bonus.*

*Grego.* Σαμαρείτης ἀκούει. *Samaritanus vocatur.*

III.

## III.

*Verba substantiua,* εἰμὶ, τυγχάνω, ὑπάρχω, γίνομαι, *ponuntur inter duos nominatiuos, ita vt posterior sit vel participium, vel nomen cum participio verbi* εἰμὶ, *vt:*

ἐγώ εἰμι γράφων, *Ego scribo.* ἐγώ εἰμι περιπατῶν, *Ego ambulo.* Σωκράτης τυγχάνει ὢν σοφὸς. *Socrates est sapiens.*

*Herodot.* ὦτα τυγχάνει ἐόντα ἀπιστότερα ὀφθαλμῶν. *Aures sunt minus fide dignæ, quàm oculi.*

*Isocra.* αἱ δυσπραγίαι ταχέως καταφανεῖς πίπτουσιν, οἵοις ἕκαστοι τυγχάνουσιν ὄντες. *Res aduersæ statim ostendunt & indicant, qualis quisq; sit.*

*Demosth.* ὁ γὰρ ἐχθρὸς ὑπῆρχεν ὤν. *Non enim erat hostis.*

*Isocrat.* γίνου τοῖς ἄλλοις μηδὲν ἐν ἑτέροις ὢν καταφανής. *Ne sis in alijs rebus omnibus, alijs hominibus apertus.*

Ean-

Eandem constructionem habet aliquando & verbum πέφυκα, pro verbo substantiuo positum, vt:

Herodo. Polym. ἐν οὕτω βράχει βίῳ οὐδεὶς οὕτως ἄνθρωπος ἐὼν εὐδαίμων πέφυκε, τῷ οὐ παραστήσεται πολλάκις τεθνάναι βούλεσθαι μᾶλλον, ἢ ζῆν. *In hoc breuissimo vitæ curriculo, nullius tanta felicitas est, quin ei multa accidant, propter quæ malit mori, quàm viuere.*

Si vero postponitur verbo substantiuo participium, non opus habet præterea alio nominatiuo, vt:

Ιωάννης τυγχάνει λαλῶν, *Iohannes loquitur. Non autem* Ιωάννης τυγχάνει ὢν λαλῶν.

In his præcedentibus exemplis omnibus videre licet, verba substantiua in eo tempore & modo collocari, in quo ipsis adiunctum participium poni debuisset.

Simi-

*Similia sunt hæc.*

*Ouid. Omnia sunt hominum tenui pendentia filo. Sunt pendentia, pro pendent.*

*Plaut. Quos semper videas esse bibentes in ænopolio. Esse bibentes, pro bibere.*

## IIII.

*Mutatur nominatiuus sequens etiam in genitiuum pluralem atticè, vt:*

Κροῖσός ἐστι τῶν πλουσίων, *pro* κροῖσός ἐστι πλούσιος, *Cræsus est dives.*

ἐκεῖνος ὑπάρχει εὐσεβής, *vel* ἐκεῖνος ὑπάρχει τῶν εὐσεβέων. *Ille est pius.*

DE

# DE SYNTAXI VERBORVM CVM OBLIQVIS.

## PRIMA REGVLA.

VErba incipiendi, desinendi, sedandi, appetendi, abstinendi, consequendi, fruendi, sentiendi, imperandi, contemnendi, implendi, egendi, parcendi, damnandi, admirandi, separandi, arcendi, accusandi, priuandi, differendi, curandi, participandi, amandi, recordandi, aberrandi, & similia, genitiuum adsciscunt, vt:

*Plato in Axiocho.* κατὰ τὴν πρώτην γένεσιν τὸ νήπιον κλαίει, καὶ τοῦ ζῆν ἀπὸ λύπης ἄρχεται. *Circa primum ortum infans plorat, & à dolore vitam auspicatur.*

*Isocrat.* λῆγε τῶν πόνων, ἔτι πονεῖν δυνάμενος. *Desistas à labore, antequam defatigeris.*

*Virg.*

*Virg. 10. Aene.*

*Tempus desistere pugnæ.*

*Arist. Eth. 4.* τιμωρία παύει τὴν ὀργήν, ἡδονὴν ἀντὶ τῆς λύπης ἐμποιοῦσα. *Vltio iram sedat, voluptatem loco doloris efficiens.*

*Isocrat. de Pace.* μὴ μεγάλων δεῖ ἐπιθυμεῖν παρὰ τὸ δίκαιον. *Non decet magna expetere contra iustitiam.*

*Home. Ili. 1.*

Αφρήτωρ, ἀθέμιστος, ἀνέστιός ἐστιν ἑκεῖνος,
ὃς πολέμου ἔραται δημοφθόρου ἐγχυόεντος.
*Exulet vrbe sua longè laribusq́, domoq́,*
*Qui cupit in sese ciues dira arma parare.*

*Phocion.* ὃς εὐχερῶς τὰς ἀλλοτρίας διαβολὰς ἀποδέχεται, οὗτος τῶν ὁμοίων ἔστιν ἀπέχεσθαι πράξεων. *Qui facilè alienas calumnias admittit, is ne quidem ipse à similibus factis abstinet.*

*Athanas.* δεῖ μὴ μόνον ἀπέχεσθαι τῶν κακῶν, ἀλλὰ καὶ τοὺς τοιαῦτα πράττοντας ἀποστρέφεσθαι. *Non solum à vitijs cauere debemus, Verumetiam eos, qui talia faciunt, auersari.*

*Demost.*

*Demoſt. Dimarch.* Μία αὕτη ζωτηρία καὶ πόλεως καὶ ἔθνους ἐστὶ, τὸ προσκεῖσθαι ἀνδρῶν ἀγαθῶν, καὶ ξυμβούλων σωφρόνων τυχεῖν. *Sola hæc & ciuitatis & nationis ſalus eſt, habere gubernatores bonos, & ſeruatores cordatos.*

*Protagoras.* Σεμνῆς γυναικὸς καὶ ἀγαθῆς ὅταν τύχῃς, τὸν βίον ἄλυπον διατελεῖς. *Honeſtam uxorem & bonam ſi eris aſſecutus, uitam dolore uacuam deges.*

Ἐν δὲ διχοστασίᾳ καὶ πάνυ κακὸς ἔμμορε τιμῆς. *In ſeditione etiam peſsimus quiſq; conſequitur honores.*

*Iſocrat.* Ἀπόλαυε μὲν τῶν παρόντων ἀγαθῶν ὡς θνητὸς, ὑπεμελοῦ δὲ τῶν ὑπαρχόντων ὡς ἀθάνατος. *Præſentibus bonis fruere ut mortalis: Parta uero conſerua, ut immortalis.*

*Theodor: Dialogo primo.* Πάντας μία ὑποδέχεται κολυμβήθρα, μία πᾶσι διδασκαλία προσφέρεται, μία πᾶσι μυστικὴ παρατίθεται τράπεζα, καὶ τῶν πιστευόντων ἕκαστος ἴσης ἀπολαύει μερίδος. *Omnes Chriſtianos unus baptiſmus abluit, omnibus una*

*vna doctrina proponitur, vna omnibus myſtica menſa inſtruitur, de qua ſinguli credentes æqualem partem ſumunt.*

*Plutar. Demoſthene.* ἀεὶ σύμφερόν ἐστιν ἀκούειν τῶν κρατούντων. τοῦ θεοῦ τοίνυν ἀκουστέον, τοῦ ἀεὶ κρατοῦντος. *Semper expedit ijs obedire, qui rerum potiuntur. Deo igitur parendum eſt, qui perpetuò dominatur.*

*Baſili.* ἅπτεται οὐ τῶν πολλῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀρίστων ὁ μῶμος. *In reprehenſionem non vulgares modò, ſed etiam præſtantiſſimi incurrunt.*

*Herodot.* αἱ συμφοραὶ τῶν ἀνθρώπων ἄρχουσι, καὶ οὐχ οἱ ἄνθρωποι τῶν συμφορῶν. *Calamitates imperant hominibus, & non homines quiq; calamitatibus.*

*Iſocr. ad Nicoc.* τοῦτο βασιλικώτατον ἡγοῦ, ἐὰν κρατῇς τῶν ἐπιθυμιῶν μᾶλλον, ἢ τῶν πολιτῶν. *Verè hoc regium putato, ſi potius cupiditates tuas coerceas, quàm ſubditos.*

*Iſocr. ad Demon.* καταφρόνει τῶν περὶ τὸν πλοῦτον σπουδαζόντων, χρῆσθαι δὲ τοῖς

ὑπάρχεσι μὴ δυναμένοις. *Contemne illos, qui diuitijs coaceruandis occupati sunt, vti autem partis bonis non possunt.*

*Matth. 22.* ἐπλήσθη ὁ γάμος τ ἀνακειμένων. *Impletæ sunt nuptiæ discumbentibus.*

*Iohan. 2.* γεμίσατε τὰς ὑδρίας ὕδατος. *Implete hydrias aqua.*

*Plato.* ἡμεῖς δὲ πάντος τ βίου ἀεὶ γέμομεν ἐλπίδων ματαίων. *Nos per omnem vitam semper referti sumus vanis spebus.*

*Virg. 1. Aen.*

*Implentur veteris Bacchi, pinguisq; ferinæ.*

*Chrysosto.* Πρὸς θυμὸν καὶ πρὸς ἐπιθυμίας εὐεμπωτότερον μᾶλλόν ἐστιν ὁ νέος. διὸ καὶ πλείονος δεῖται τ φυλακῆς, σφοδροτέρας τ χαλινοῦ. *Ira & cupiditatibus facilius iuuenes ducuntur & vincuntur: quare maiorem quandam custodiam requirunt, ac frenum durius.*

*Demost.* δεῖ δὴ χρημάτων, & ἄνευ τούτων οὐδὲν ἐστι γενέσθαι τ δεόντων. *Pecunia certè*

certè opus est, nec sine hac præclarum quicquam geri potest.

Nazian. παίδων φείδεσθαι πατρικὸς νόμος. Parcere liberis, paterna lex est.

Basili. ὁ μὲν κακὸς τάχιστα ἂν καταγνοίη καὶ τοῦ ἀγαθοῦ· ὁ ἀγαθὸς δὲ οὐδὲ τοῦ κακοῦ ῥαδίως. Improbus facilimè condemnat bonum: bonus autem ne improbum quidem facile accusat.

Demosth. pro Ctesiph. τίς οὐκ ἂν ἀγάσαιτο τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων τῆς ἀρετῆς, οἳ καὶ τὴν χώραν, καὶ τὴν πόλιν ἐκλιπεῖν ὑπομένουσιν, ὑπὲρ τοῦ μὴ τὸ αἰσχρὸν ποιῆσαι; Quis non iure admiretur virtutem illorum virorum, qui & regionem & vrbem relinquunt, ne quid turpiter faciant?

Chrysost: χωρίζεται τοῦ θεοῦ, ὁ μὴ συνάπτων ἑαυτὸν διὰ προσευχῆς τῷ θεῷ. Separatur à Deo, quicunq; per precationem se Deo non agglutinat.

Demosth. in Leptin. χερνίβων εἴργεται ὁ ἀνδροφόνος, σπόνδων, κρατήρων, ἱερῶν, ἀγορᾶς. Homicida arcetur à purgationibus,

*nibus, libationibus, crateribus, fanis, foro.*

*Idem. contra Nausim.* ἐδὸς αὐτὸς αὐτῷ ἐκατηγόρησε πώποτε. *Nemo ipse unquam se accusauit.*

*Hesio.*

Ἄφρων ὅσκ' ἐθέλοι πρὸς κρείσσονας ἀντιφερίζειν,
Νίκης τε στέρεται πρὸς αἰσχεσιν ἄλγεα πάσχει.

*Stultus est quicunq; contendit aduersus potentiores. Victoria enim priuatur, & præter dolorem sibi derisionem accersit.*

*Xenophon.* ἀδὲν διαφέρει ἄρχων ἀγαθὸς ἀγαθοῦ πατρός. *Bonus princeps nihil differt à bono patre.*

*Cato.* τὸ ὀργιζόμενον νόμιζε μεμνημένε χρόνῳ διαφέρειν. *Iratum scias tantum mora temporis ab insano differre.*

*Demost. Philip. 3.* εὐηθὲς, τὰ οἰκεῖα αὐτοὺς περιμένειν, τῶν ἀλλοτρίων φάσκειν κήδεσθαι. *Absurdum est eos, qui sua negligunt, se aliena curare profiteri:*

*Aristo.*

*Aristo.* τὸ θεὸν τῶν φαύλων οὐκ εἰκὸς ἐπιμελεῖσθαι. *Non verisimile est Deo homines malos curæ esse.*

*Arist. Ethi.* οὐχ ὁμοίως προσήκει συνήθων καὶ ὀθνείων φροντίζειν, οὐδ' αὖ λυπεῖν. *Non æque decet familiarium & peregrinorum rationem habere, aut ipsorum causa dolere.*

*Nazian. in vita Basilij.* κακίας ῥᾷον μεταλαβεῖν, ἢ ἀρετῆς μεταδοῦναι. ἐπεὶ καὶ νόσου μεταοχεῖν μᾶλλον, ἢ ὑγίειαν χαρίσασθαι. *Facilius vitia contagione contrahuntur, quam virtus cum alijs communicatur: Sicut & morbus in alios citius, quàm bona valetudo transfertur.*

*Aeschines.* τὸ ἐρᾷν τῶν καλῶν καὶ σωφρόνων, ὁρίζομαι φιλανθρώπου πάθους εἶναι καὶ εὐγνώμονος ψυχῆς. *Amorem modestorum & honestorum, humani affectus & liberalis esse statuo.*

*Hipposthenes apud Stob.* ἄνθρωπος ὢν μέμνησο τῆς κοινῆς τύχης. *Homo cum sis, memento communis fortunæ.*

*Agathon.* τὸ ἄρχοντα τρίων δεῖ με

μνῆσθαι. πρῶτον μὲν, ὅτι ἀνθρώπων ἄρχει, δεύτερον ὅτι καὶ νόμων ἄρχει, τρίτον ὅτι οὐκ ἀεὶ ἄρξει. *Tria meminisse decet Magistratum: Primum, se hominibus imperare: alterum, se ex legibus imperare: tertium, se non semper imperaturum esse.*

*Hesiod.* καὶ νυ δίκης ἐπάκουε, βίης δ' ἐπιλήθεο πάμπαν. *Audi iusticiam, violentiæ autem obliuiscere omninò.*

*Demosth.* τὸν λείποντα τὴν ἀπὸ τοῦ στρατηγοῦ τάξιν ταχθεῖσαν, ἄτιμον πεφυκέναι, καὶ μηδενὸς τῶν κοινῶν μετέχειν. *Ordinis à duce assignati desertor, ignominia notandus est, & à Republica arcendus.*

*Isocr. in Panath.* οἱ μὲν ἄριστα φρονοῦντες, ἐνίοτε ἁμαρτάνουσι τοῦ συμφέροντος. *Qui optimè sapiunt, aliquando ab utili aberrant.*

## I. Appendix.

*Verba accusandi, priuandi, & memo-*

memoriæ, inuenies etiam cum accusatiuo construi, vt:

*Demost. in Eubul.* τοῦτ' ἐστὶν ὁ Συκοφάντης, αἰτιάσασθαι μὲν πάντα, ἐξελέγξαι δ' μηδέν. *Hoc est Sycophanta, accusare omnia, sed probare nihil.*

*Idem in Haloneſ.* ὀλίγοι μνημονεύσουσι τὰ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ εἰρημένα. *Pauci meminerunt illa, quæ in concione dicta sunt.*

*Ibidem.* οὐκ οἶόν τ' ἐστὶν ἡμῖν ἀμνημονῆσαι τὰ ὑπὸ θεοῦ προστεταγμένα. *Eorum quæ à Deo præcepta sunt, non meminisse nefas est.*

## II.

Quædam verba accusandi, præter genitiuum etiam accusatiuum adsciscunt, vt:

*Demost. pro Cteſiph.* πολλοὶ πάντ' ἃ τῶν ἄλλων κατηγοροῦσιν, αὐτοὶ ποιοῦσι. *Multi ea omnia perpetrant, quæ in alijs accusant.*

*Isocr. De Permutatione.* πάντων ἡγοῦμαι πονηροτάτους εἶναι, οἵτινες οἷς αὐτοὶ τυγχάνουσιν ὄντες ἔνοχοι, ταῦτα τοῖς ἄλλων τολμῶσι κατηγορεῖν. *Omnium puto improbissimos esse illos, qui quorum ipsi rei sunt, illa in alijs accusant.*

## III.

*Sic & quædam huius ordinis præter datiuum etiam accusatiuum adsciscunt, vt:*

*Demosth.* πολλοὶ οὐκ αἰσχύνονται ταῦτα ποιοῦντες, ἃ διαπελοῦσι τοῖς ἄλλοις ἐγκαλοῦντες. *Multos non pudet illa facere, ob quæ alios accusare solent.*

ἐγκαλέσαι τινὶ ὕβριν καὶ ἀδικίαν. *Accusare aliquem contumeliæ & iniuriæ. Isocr. De Permutat.*

## IIII.

*Participandi seu cummunicandi verbis præter genitiuum etiam datiuus additur, vt:*

Nazi-

*Nazian.* ὧν βελόμεθα τυχεῖν παρὰ τοῦ θεοῦ, τούτων πρότερον μεταδιδόναι τοῖς πλησίον ὀφείλομεν. *Quæ à Deo consequi cupimus, ea prius proximis nostris communicare debemus.*

## V.

*Attici omnia verba sentiendi cum Accusatiuo construunt.*

## VI.

*Genitiuum adsciscunt verba, partem substantiæ alicuius significantia, vt:*

πίνω ὕδατος. *Bibo de aqua.*

*Quod si totum significatur, vtuntur accusatiuo, vt:* πίνω τὸ ὕδωρ.

*Item quæ materiam significant, vt:*

ἀνδριάντα ἐποίησε μαρμάρου. *Fecit statuam ex marmore. Aliquando additur præpositio* ἐκ.

Et in quibus ſubaudiendum eſt, ἕνεκα, vt:

εὐδαιμονίζω, σε τῆς τύχης, id eſt, ἕνεκα τῆς τύχης. Beatum prædico te propter fortunam.

Suidas. μακαρίζω σὲ τῆς εὐτεκνίας ὄλορε. Beatum te prædico, ſeu gratulor tibi Olore, propter felicitatem ſobolis.

His verbis allocutus eſt Herodotus patrem Thucydidis. Cum enim audiuiſſet Thucydides puer Herodotum in Olympijs Hiſtorias ſuas recitantem, diuinitus commotus lachrymas profudit. quod cum Herodotus animaduertiſſet, gratulatus eſt patri ipſius felicitatem ſobolis, hortatuſq́, vt erudiendum curaret filium diligenter. Gliſcere enim in animo illius cupiditatem bonarum artium atq́ diſciplinarum.

Plutarh. πάνυ δὲ ἄξιον ἐπαινεῖν καὶ λακεδαιμονίους τῆς μεγαλοφροσύνης, οἵτινες Αρχίδαμον τὸν βασιλέα ἑαυτῶν ἐζημίωσαν χρημάτων, ὅτι μικρὰν τὸ μέγεθος γυναῖκα γάμῳ λαβεῖν ὑπέμεινεν, ὑπειπόντες ὡς

τες, ὡς ἀ βασιλέας, ἀλλὰ βασιλίδας παραχεῖν αὐτοῖς ἐδανοοῖτο. *Omnino iustum est laudare Lacedæmonios propter animi magnitudinem, qui Archidamum regem suum pecunia mulctauerunt, quod pusillam uxorem ducere veritus non esset: causam addentes, quod is non reges, sed regulos ipsis generare, & in suum locum substituere decreuisset.*

# DE VERBIS CVM NOMINIBVS TEMPORIS.

## PRIMA REGVLA.

Genitiuo casu nomina temporis efferuntur, vt:

*Lucæ 18.* Νηστεύω δὶς ἐν σαββάτου. *Ieiuno bis in Sabbato.*

*Psalm. 1.* ἐν τῷ νόμῳ κυρίου μελετήσει ἡμέρας καὶ νυκτός. *Et in lege Domini meditabitur die ac nocte.*

Cum

## II.

Cum durationem significamus seu continuum tempus, modò dativo, modò accusativo vtuntur, vt:

εἴκοσιν ὅλοις ἔτεσιν ἀποδημήσας. *Viginti integris annis peregrè profectus.*

*Iustinus.* ὅστις πολὺν χρόνον ἀδικῶν, ἀκόλαστος μένῃ, τοῦτον δεῖ νομίζειν τὸν ἀτυχέστατον. *Qui longo tempore iniustè agens non punitur: hic omnium infelicissimus habendus est.*

*Plato Epist. 2.* πολλάκις ἂν λεγόμενα καὶ ἀεὶ ἀκουόμενα καὶ πολλὰ ἔτη, μόγις ὥσπερ χρυσὸς ἐκκαθαίρεται μὴ πολλῆς πραγματείας. *Etiam cum sæpè doctrina eadem repetitur, & semper auditur multis annis, vix tamen vt aurum perpurgatur cum magnis exercitijs.*

## III.

Nonnunquam accedunt præpositiones, vt:

*Nazian.*

*Nazian.* ἀγαθὸν κερδανῶμεν ἐν τῷ ἡμέρᾳ ταύτῃ μικρὸν, ὅσον πλείω κακὰ, τὰ μὲν ἰδόντες, τὰ δὲ παθόντες, τὰ δὲ καὶ πράξαντες ἴσως. *Hoc nobis affert longius vitæ ſpacium, quod plura mala partim videmus, partim ſuſtinemus, partim perpetramus.*

*Euphron. apud Stobæum.* ἔργον σωρεύειν χρόνον ἐν πολλῷ χρόνῳ. ἐν ἡμέρᾳ δὲ μίᾳ διαφορῆσαι ῥᾴδιον. *Haud facilè cumulus aceruatur etiam longo tempore. Vno verò die facile diſſipabitur.*

# MERCANDI ET VENDENDI VERBA.

## I REGVLA.

Precium genitiuo caſu effertur, vt:

*Matth. 10.* οὐχὶ δύο στρουθία ἀσσαρίου πωλεῖται; καὶ ἓν ἐξ αὐτῶν οὐ πεσεῖται ἐπὶ τὴν γῆν ἄνευ τοῦ πατρὸς ὑμῶν. *Nonne duo paſſerculi minuto aſſe veneunt? & vnus*

*vnus ex illis non cadet in terram sine patre vestro.*

*Epichar.* Τῶνδε πωλεῖσιν ἡμῖν πάντα τἀγαθὰ θεοί. *Laboribus seu per labores, omnia nobis vendunt Dij.*

## II.

Nonnunquam precium in datiuo ponitur, vt:

*Chrysostomus.* ἰδίῳ θανάτῳ τὸ ποιμνιον περιέρχεται. *Propria morte gregem mercatus est.*

## III.

Aliquando precium addita præpositione πρὸς vel ἀντὶ, aut simili effertur, vt:

*Ioel. 3.* καὶ τὰ κοράσια ἐπώλουν ἀντὶ τοῦ οἴνου. *Et puellam vendiderunt vino.*

## IIII.

Verbis mercandi & vendendi adduntur hi genitiui, πλείονος, ὀλίγ-

ὀλίγου, & ſimiles, ſicut apud Latinos, pluris, minoris &c. vt:

*Iſocr. ad Nicoc.* τὰς δωρεὰς ὑμεῖς βασιλεῖς πολὺ πλείονος ἀγοράζετε παρὰ τῶν διδόντων, ἢ τῶν πωλούντων. *Vos reges munera à donantibus pluris emitis, quàm ab illis, qui vendunt.*

*Idem de Pace.* πολλοὶ σύμπασαν ἀρετὴν καὶ εὐδαιμονίαν ὀλίγου πωλοῦσι. *Multi omnem virtutem & felicitatem parui vendunt.*

# DE VERBIS CVM DATIVO.

## I REGVLA.

Verba omnia, in quibus eſt quædam concedendi, ſequendi, certãdi, ſimilitudinis, reprehendẽdi, vtendi, conſeruandi, exprobrãdi, con-

di, confidendi, conueniendi, colloquendi significatio, datiuum adsciscunt, vt:

*Democritus.* Ξένοις μεταδίδου καὶ τοῖς δεομένοις ἐκ τῶν ἐόντων. ὁ γὰρ μὴ διδοὺς δεομένῳ, οὐδὲ αὐτὸς λήψεται δεόμενος. *Peregrinis & indigentibus des ex bonis tuis. Qui enim non dat indigenti, is nec vicissim accipiet, cum indiget.*

*Milesius apud Laert.* οἵους ἂν ἐράνους ἐνέγκῃς τοῖς γονεῦσι, τοιούτους αὐτὸς ἐν τῷ γήρᾳ παρὰ τῶν τέκνων προσδέχου. *Qualia parentibus præstiteris beneficia, talia vicissim in senectute à tuis liberis expecta.*

*Epictet.* ἄρχοντι καὶ τῷ σοφωτέρῳ εἴκειν, κόσμιον. *Principi & sapientiori cedere, honestum est.*

*Moschion.* ἕπεσθαι τοῖς τερπνοῖς εἴωθε τὰ λυπηρά. *Voluptatem sequi solet tristitia.*

*Demosth. Olynth.* 3. τῷ ἀργεῖν καὶ σχολάζειν ἕπεται τὸ ἀπορεῖν καὶ τἀλλότρια πολυπραγμο-

πραγμονεῖν. *Desidiam & otium sequitur egestas ac aliena agendi studium.*

*Pittacus.* μὴ ἔριζε γονεῦσι, κἂν δίκαια λέγῃς. *Ne contendas cum parentibus tuis, etiamsi iustam causam habeas.*

*Cleobulus.* γυναικὶ μὴ μάχεσθαι, μηδὲ φιλοφρονεῖν, ἀλλοτρίων παρεόντων. *Cum coniuge tua ne contendas, neq; eam amplectaris, præsentibus alijs.*

*Virg. in Buc.*

*Solus tibi certet Amyntas.*

*Plutar. in Pædagogia.* γῇ μὲν ἔοικεν ἡ φύσις, γεωργῷ δὲ ὁ παιδεύων, σπέρματι δὲ αἱ τῶν λόγων ὑποθῆκαι. *Terræ natura, agricolæ magister, semini instituta & præcepta quæ traduntur, similia sunt.*

*Isocr.* τὸ τῆς πόλεως ἦθος ὁμοιοῦται τοῖς ἄρχουσι. *Scilicet in vulgus manant exempla regentum.*

*Idem.* Πιστοὺς ἡγοῦ, μὴ τοὺς πᾶν, ὅ, τι ἂν ποίῃς καὶ λέγῃς ἐπαινοῦντας, ἀλλὰ τοὺς τοῖς ἁμαρτανομένοις ἐπιτιμῶντας. *Fidos existimes, non qui omnia tua dicta & facta laudant, sed qui tua errata reprehendunt.*

*Idem.* Συμμαχοις μὲν φίλοις εἰκὸν δεῖ, πεπαυμένοις ἢ τὸ ὀργῆς ἐπιτολήσαν. *Iratis amicis cedendum est, vbi vero deferbuit ira, reprehendendi sunt.*

*Arist. Eth. 3. cap. 5.* τοῖς μὲν γὰρ φύσιν αἰσχροῖς, ὀνείδεις ἐπιτιμᾶ. *Deformitates à natura tributas, nemo probri vice alteri obijcit.*

*Sed reprehendendi verba etiam præter datiuum, accusatiuos adsciscunt, causam significantes, vt:*

*Isocr. De Permutat.* Φυλακτέον ἐστὶν, ὅπως μήδε ἃ τοῖς ἄλλοις οὐ ἐπιτιμήσομεν, τούτοις φανόμεθα ἐπιτήδειοι. *Cauendum est, ne eadem committere videamur, quæ in alijs reprehendimus.*

*Idem. ad Demo.* μηδένα φίλον ποιῆ, πρὶν ἂν ἐξετάσῃς, ὅπως κέχρηται τοῖς πρότερον φίλοις. *Neminem tibi adiungas amicum, priusquam, quomodo prioribus amicis vsus sit, exploraueris.*

*Aristo.*

*Aristo. 4. Ehi.* ὧν ἐστὶ χρεία τίς, ἐστι τούτοις χρῆσθαι καὶ εὖ καὶ κακῶς. *Quarum rerum vsus aliquis est, ijs & recte & peruersè vti homines possunt.*

## *Menander.*

Σοφοῖς ὁμιλῶν, καὐτὸς ἐκβήσῃ σοφός.
κακοῖς ὁμιλῶν, κἀυτὸς ἐκβήσῃ κακός.
*Si cum sapientibus versatus fueris, & ipse eris sapiens,*
*Si cum malis versatus fueris, et ipse eris malus*

*Sextus.* μὴ ὀνείδιζε τῷ φίλῳ σου χάριτας. ἔσῃ γὰρ ὡς ὁ δεδωκώς. *Ne exprobres amico tuo beneficia. Alioquin eris, tanquam non dederis.*

*Isocra.* ὃς πιστεύει τοῖς παροῦσιν, ἀνόητός ἐστι. *Qui rebus præsentibus confidit, is stultus est.*

*Pindarus.* Ὁμοσίῳ περὶπ ἡσυχία. *Tranquillitas conuiuio conuenit.*

*Chrysost.* πᾶς ὁ προσευχόμενος, τῷ θεῷ διαλέγεται. *Omnis qui orat, cum Deo colloquitur.*

*Idem.* τῷ θεῷ ὡς ἀληθῶς λαλεῖμεν τῷ

καιρῷ τῆς προσευχῆς. *Cum Deo reuera colloquimur, tempore precationis.*

## I. *Appendix.*

*Hanc syntaxin quædam verba monendi & hortandi, vt* παρακελεύομαι, παραινέω *& similia, imitantur, vt:*

Ἀρίστιππος παρεκελεύετο τοῖς νέοις τοιαῦτα ἐφόδια κτᾶσθαι, ἅτινα αὐτοῖς καὶ ναυαγήσασι συγκολυμβήσει. *Aristippus iuuenes hortari solitus est, vt tali se viatico instruerent, quod vnà cum naufrago enataret.*

Οὐδὲν οὕτως ἔστε χρήσιμον ἔστε ἀναγκαῖον, ὡς πολλάκις παραινεῖν τοῖς ἀνθρώποις, πρὸ παντὸς ποιεῖσθαι, τὰ θεῷ κεχαρισμένα μᾶλλον λέγειν, κεχαρισμένα ἢ πράττειν. *Nihil tam vel vtile, vel necessarium est, quàm sæpe monere homines, vt ante omnia studeant Deo grata dicere, & grata facere.*

*Verba*

## II.

*Verba composita nonnunquam habent datiuum, vel alium casum, vi præpositionis, cum qua componuntur, vt:*

*Libanius.* Συγχαίρειν χρὴ τοῖς φίλοις καλῶς πράττουσιν, ὡς ὀδυνᾶσθαι λυπουμένοις. *Cum amicis felicibus & beatis gaudendum est, & cum tristibus dolendum.*

*Chryso.* Ἀμήχανον δὲ τέλως ἁμαρτεῖν τὴν ὅλῃ διανοίᾳ ἐπὶ τὸν θεὸν ἐλπίζοντα, καὶ τὰ παρ' ἑαυτοῦ πάντα εἰσφέροντα. *Impossibile est, vt à fine seu scopo aberret, qui tota mente in Deum sperat, & omnia sua pro virili agit.*

*Nazian.* ἀεὶ προτίμα τοὺς καλοὺς τῶν μὴ καλῶν. *Boni semper malis præferendi sunt.*

## II. REGVLA.

Datiuum significantem instrumentum, causam vel modum agendi, pro-

di, propemodum omnibus actiuis, & aliorum etiam generum verbis subiicimus, vt:

*Basilius.* ἀφέσει ἀντίδοται ἄφεσις. *Condonatio condonatione remuneratur.*

*Cleobulus.* τὸν γέροντας ὑπομονὴ νίκα. *Senes patientia vince.*

*Nazian.* ἡδονὴ ποσῶν χαίρει ὁ θεὸς, ὅσον ἀνθρώπου διορθώσει καὶ σωτηρία. *Nulla re magis lætatur Deus, quàm hominis emendatione & salute.*

*Philippus apud Plutar. in Apophth.* πειρῶμαι τοὺς λοιδορεῖνας ἅμα μὲ τοῖς λόγοις μὲ τοῖς ἔργοις ψευδομένους ἐλέγχειν. *Conabor calumniatores meos cùm verbis tùm factis refutare atq; mendacij arguere.*

*Diodorus.* τὰ τοῖς ὅπλοις ἀδαμάστα χρωβλῶσα, τῷ χρυσῷ ῥᾴδιον ἐστι καταπλεμῆσαι. τῷ ἀργυρίῳ γὰρ ὑποπίπτει πάντα. *Quæ armis domari non possunt, auro facilè expugnantur. Pecuniæ enim obediunt omnia.*

Σωκρά-

Σωκράτης ἐρωτηθεὶς, τί τῶν ζώων κάλλιστον, ἔφη, ἄνθρωπος παιδείᾳ κεκοσμημένος. *Socrates interrogatus, quod animal esset omnium pulcherrimum, Homo, inquit, disciplina & eruditione ornatus.*

*Chrysosto.* ἡ τοῦ μέτρου τῶν διδομένων ἐλεημοσύνη κρίνεται, ἀλλὰ τῇ προθυμίᾳ τῆς γνώμης. *Eleemosyna non æstimatur ex mensura largitionis, sed ex animi liberalitate.*

ἀργυρέοις λόγχαισι μάχου, καὶ πάντα κρατήσεις. *Argenteis pugna telis, & omnia vinces. Sic respondit oraculum Philippo interroganti, quo pacto posset potiri victoria.*

## I. *Appendix.*

*Loco datiui causæ vel instrumenti, ponitur interdum præpositio cum suo casu, vt:*

*Demost. in Amator.* Διὰ καρτερίας καὶ φιλοπονίας ἅπαντα τῶν ὄντων ἀγαθῶν ἀνάλωτον πέφυκε. *Tolerantia & industria*

*dustria nihil in rerum natura bonum est, quin comparetur.*

*Ibidem.* δι' ἀργίας καὶ ῥαθυμίας καὶ τὰ παντελῶς ἀπίπολαια, ἀνυχέρωτά ἐστι. *Ignauia & socordia ne facilima quidem comprehendi possunt*

*Isocrat in Helena.* τοῖς μὲν κατ' οὐσίαν ἢ κατ' ἄλλό τι προέχουσι φθονοῦμεν, ἐὰν μὴ τὸ ποιεῖν ὑμᾶς εὖ προσάγωνται, καὶ στέργειν σφᾶς αὐτοὺς ἀναγκάσωσιν. *Illis qui vel sapientia vel alia quadam re præcellunt, inuidemus, nisi nos beneficijs alliciant, & ad amandum se cogant.*

*Philon.* δεῖ σὲ βασιλέα ἀπὶ μηδενὶ μᾶλλον χαίρειν καὶ τέρπεσθαι, ἢ ἐν τῷ τοὺς ὑπηκόους εὐεργετεῖν. *Decet regem nulla re magis gaudere & lætari, quàm sua erga subditos beneficentia.*

## II.

Στέργω, *id est, boni consulo, contentus sum, nunc cum datiuo nunc cum accusatiuo construitur, vt:*

*Isoc.*

*Isoc. De Pace.* ἡσυχίαν ἄγειν, καὶ στέργειν τοῖς παροῦσι, χαλεπώτατον πείσαι τοῖς πλείοσι τῶν ἀνθρώπων ἐστίν. *Quiescere, & boni consulere præsentia, plerisq; hominibus difficilimum est.*

*Idem.* οἱ ἄνθρωποι οὐ στέργουσιν, οἷς ἔχουσιν, ἀλλ' ἀεὶ τοῦ πλείονος ὀρέγονται. *Homines non contenti sunt illis, quæ habent, sed semper plus appetunt.*

*Idem.* στέργε τὰ παρόντα. *Boni consule præsentia.*

*Demost. Olynth. 1.* στέργω τὴν τύχην, καὶ τὰ ἐμαυτοῦ φυλάττειν προαιροῦμαι. *Fortunam boni consulo, & mea tueri studebo.*

## III. REGVLA.

Verbo ἔστι habendi significatione vtimur cum datiuo, vt:

οὐκ ἔστί μοι ἀργύριον. *Non est mihi argentum.*

*Eurip.*

οὐκ ἔστι παισὶ τοῦτο κάλλιον γέρας,
ἢ πατρὸς ἐσθλοῦ κἀγαθοῦ πεφυκέναι.

*Non liberis est pulchrius munus aliud, Quàm liberos dici parentis optimi.*

## I. Appendix.

*Nonnunquam* ὑπάρχει *in eadem significatione ponitur, vt:*

*Act. 3.* ἀργύριον καὶ χρυσίον οὐχ ὑπάρχει μοι· ὃ δὲ ἔχω, τοῦτό σοι δίδωμι. *Argentum & aurum non est mihi, quod autem habeo, hoc tibi do.*

# DE VERBIS CVM ACCV. SATIVO.

## REGVLA.

Actiua verba & eorum significationem habentia, accusatiuos adsciscunt, vt:

*Euagrius.* ῥώννυσι μὲν οἶνος σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν λόγος θεῖος. *Vinum corroborat corpus, animam verò verbum Dei.*

*Demost.*

*Demost.* μικρὰ διδόναι βούλου μᾶλλον, ἢ μεγάλα ἐγγυᾶν. *Parua potius largire, quàm vt magna promittas.*

*Diogenes.* Νεκρὸν ἰατρεύειν καὶ γέροντα νουθετεῖν, ταὐτόν ἐστι. *Mortuum curare & senem erudire, idem est.*

*Plutar.* Φρόνησις εὐτυχίαν ὡς τὰ πολλὰ χαρίζεται, τύχη δὲ φρόνησιν οὐ ποιεῖ. *Prudentia vt plurimum bonam fortunam donat: fortuna vero prudentiam non efficit.*

*Plutar. in Vita Syllæ.* δεῖ φυλάττεσθαι τὴν φιλοτιμίαν ὡς ὠλεθριωτάτην καὶ κακίστην δαίμονα τοῖς χρωμένοις. *Fugienda est ambitio, quæ maximam pestem pernitiemq́ ambitiosis affert.*

*Aeschin. De Falsa Leg.* οὐ προσδέχεται δίκαιος ἔρως πονηρίαν. *Honestus amor improbitatem non admittit.*

## I. Appendix.

*Huc & miserendi verba pertinent, vt:*

Mar-

*Matthæ. 18.* οὐκ ἔδει καί σε ἐλεῆσαι τὸν σὸν δοῦλον, ὡς καὶ ἐγώ σε ἐλεήσα; *Nonne & te oportuit misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum?*

*Isocr. in Plat.* εἰκὸς ἕνα μὲν ἕκαστον τῶν παρὰ τὸ δίκαιον δυστυχούντων ἐλεῆσθαι. *Iustum est affici misericordia omnium, qui præter meritum incommodis conflictantur.*

## II.

*Quoduis verbum, nominis ab eo deducti accusatiuum admittit, vt:*

*Matth. 2.* ἰδόντες δὲ τὸν ἀστέρα, ἐχάρησαν χαρὰν μεγάλην. *Videntes autem stellam, gauisi sunt gaudio magno.*

*Basilius.* ὁ τὰ ἑτέρου λαμβάνων, καὶ ἑτέροις διδοὺς, οὐκ ἐλέησεν, ἀλλὰ καὶ ἠδίκησεν ἀδικίαν τὴν ἐσχάτην. *Is qui alijs eripit, & alijs dat, non misericordiam exercuit, sed extremam iniusticiam operatus est.*

*Hom. Iliad. 1.* πολλῶν ἀγρομένων, τῷ πείσεαι, ὅσκεν ἀριστὴν βουλὴν βουλεύσῃ.

*Cum*

*Cum multi congregati ſunt, illi obtemperes, qui optimum conſilium dederit.*

*Plutar. in Apoph.* Ἀντίγονος νοσήσας νόσον, ὡς ἀνέρρωσεν, οὐδὲν ἔφη διατεθῆναι χεῖρον· ὑπέμνησε γὰρ ἡμᾶς ἡ νόσος, μὴ μεγαφρονεῖν, ὡς ὄντας θνητοὺς. *Antigonus cum ægrotaſſet, recuperata ſanitate, dixit, Hunc morbum ſibi nequaquam incommodè accidiſſe: eo enim ſe monitum, ne mortalis cum eſſet, magnificè de ſe ſentiret.*

## III.

*Græcis vſitatum eſt coniungere nomen & verbum, ita vt verbo quaſi neglecto, nomen reddendum ſit, quoties hæc forma ſermonis transfundenda eſt, vt:*

ποιεῖσθαι φάσιν, *apparere.* ποιεῖσθαι μετάβασιν, *tranſire.* *Quod ſi verbum pro verbo reddere velis, erit inepta verſio, abhorrens à conſuetudine linguæ*

linguæ latinæ, Facere apparitionem, Facere transitionem &c.

Hanc Græcam consuetudinem loquendi imitatus est Paulus Philip. 2. ὃς ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα θεῷ. Hæc ad verbum expressa admodum obscurè sonant: Qui cum esset in forma Dei, non rapinam arbitratus est, esse æqualem Deo. Sed sententia est: Non rapuit æqualitatem Dei. Posuit enim ἡγήσατο pro ἁρπάζειν, rapere.

Similis phrasis extat Ebræ. 10. καὶ τὸ αἷμα τῆς διαθήκης κοινὸν ἡγησάμενος. Et sanguinem testamenti prophanas.

Deindè in dicto Pauli, oratio infinitiua, τὸ εἶναι ἴσα θεῷ, debet conuerti in nomen, hoc modo: Non rapuit æqualitatem Dei. Nam ea vis atq; natura est articuli neutri generis apud Græcos, vt transformet infinitiuum aut infinitiuam constructionem in nomen, vt patet infra ex Regulis de Infinitiuis pro Nominibus vsurpatis.

Simi-

*Similem formam sermonis vsurpat & Thucyd. lib. 8. pag. 212.* στρομβιχίδης λάμψακον ἀτείχιστον ὄσαν, ἑλὼν, καὶ σκεύη μὲν καὶ ἀνδράποδα ἁρπαγὴν ποιησάμενος. *Strombichides postquam cepit Lampsacum, quod non erat munitum, rapuit vasa & mancipia.*

*Plutar. in Pædagogia.* οὗτοι ἕνεκα παιδοποιΐας πλησιάζοντας ταῖς γυναιξὶν, ἤτοι παράπαν ἀοίνους, ἢ μετρίως γοῦν οἰνομένους ποιεῖσθαι προσήκει τὸν συνουσιασμὸν. *Qui procreandæ sobolis causa ad vxores accedunt, illos decet aut planè sobrios, aut certè moderatè vino vsos cum eis concumbere.* ποιεῖσθαι τὸν συνουσιασμὸν, *pro* συνουσιάζειν.

*Chabrias.* δέον τὰ τέλη τῶν πραγμάτων ἡμᾶς προορᾶν, καὶ οὕτω τὴν τούτων ἐγχείρησιν ποιεῖσθαι. *Exitus rerum prospicere oportet, ac ita demum eas aggredi.* ἐγχείρησιν ποιεῖσθαι, *pro* ἐγχειρίζεσθαι.

IIII.

Quod-

*Quoduis verbum construitur cum accusatiuo, si subaudiatur κῆ, vt:*

γέγραφε τ̃ εἰρημμένον τρόπον, *pro* κῆ τ̃ εἰρημμένον τρόπον. *Scripsit iuxta dictum modum.*

*Demost: Leptin.* εἰ μέν τις ἔχει πολλὰ μηδένα μηδὲν ἀδικῶν, οὐκ ἤδη δῆπου τούτῳ βασκαίνειν· εἰ δ' ἔχ οὗ πρέπει τρόπον κέκτηται, εἰσι νόμοι, καθ' οὓς πρέπει κολάζειν. *Si quis re lauta est, sine iniuria aliorum, non profectò est illi inuidendum. Si autem non eo quo decet modo, opes possidet, sunt leges, secundum quas in eum animaduerti conuenit.*

*Sic dicunt,* τοῦτον τὸν τρόπον πράττω, *hoc modo ago.* τὸν αὐτὸν τρόπον, *eodem modo.* τίνα τρόπον, *quo modo &c. deficiente* κατὰ.

## V.

*Græci passim vtuntur accusatiuis per Synecdochen, vt:*

ἀλγέω τὴν κεφαλήν. *Doleo caput.*
πλήττομαι τ̃ πόδα. *Percutior pedem.*

*Sopho.*

*Sopho. Antigo.* ἔγνωκα καὐτὸς καὶ ταράσσομαι φρένας. *Intelligo ipse & perturbor mente.*

## VI.

*Attici vsurpant accusatiuum loco datiui, vbi significant benè aut malè fieri cuipiam, vt:*

*Plato.* ὅταν βούληται θεὸς εὖ πράξαι πόλιν, ἄνδρας ἀγαθοὺς ἐποιήσεν· ὅταν δὲ μέλλῃ κακῶς πράξαι πόλιν, ἐξεῖλε τοὺς ἄνδρας τοὺς ἀγαθοὺς τῆς πόλεως ὁ θεός. *Quando vult Deus benefacere ciuitati, viros præstantes mittit. Quando verò vult punire ciuitatem, auocat ex ea bonos viros Deus.*

*Epictet.* παρόντας μὲν τοὺς φίλους δεῖ εὖ πράττειν, ἀπόντας δὲ εὐλογεῖν. *Amicis præsentibus beneficia, absentibus bona verba, conferre oportet.*

*Matth. 5.* καλῶς ποιεῖτε τοὺς μισοῦντας ὑμᾶς. *Benefacite illis, qui vos oderunt.*

*Sophoc.* ὦ ἄνθρωπε, μὴ δρᾶ τοῦτ' τεθνηκότας κακῶς. *O homo, ne male facias mortuis, hoc est, ne insultes mortuis.*

*Huius generis etiam est* λέγω, *item* ἀγορεύω, *vt:*

*Pittacus.* τὸν φίλον μὴ κακῶς λέγε. *Ne dicas aliquid mali de amico.*

*Solon.* μὴ λέγειν κακῶς τ' τεθνηκότα. *Ne maledicas mortuo.*

*Demosth. Androtian.* οὐκ ἔστι κακῶς λέγειν τοῦτ' ἄρχοντας. *Non licet maledicere magistratibus.*

*Plutar. Solone.* ἐπαινεῖται δὲ τὸ Σόλωνος καὶ ὁ κωλύων νόμος, τ' τεθνηκότα κακῶς ἀγορεύειν. *Laudatur etiam illa Solonis lex, quæ prohibet mortuos contumelia affici.*

*Sæpe verba faciendi construuntur cum duobus accusatiuis, vno personæ, altero rei, vt:*

ποιῶ, ἢ δρῶ, ἢ ἐργάζομαί σε τοῦτο. *Facio tibi hoc.*

*Isocr.*

*Isocr. De Iugo.* ἀναμνήσθητε ὡς πολλὰ ἀγαθὰ τὴν πόλιν ἐποιησάμην. *Memento quàm multa beneficia in vrbem contulerim.*

*Idem De Pace.* ἀνάγκη τοὺς ἀνθρώπους τοιαῦτα πάσχειν, οἷάπερ ἂν οὗτοι ἄλλους δράσωσι. *Necesse est homines eadem pati, qualia alijs fecerint.*

οἱ μεγάλα τὴν πόλιν ἀγαθὰ εἰργασμένοι. *Bene meriti de Republica. Demosthenes.*

## VII.

*Duos accusatiuos etiam alia quædam actiua adsciscunt, vt:*

*Chrysost.* ὅτε πάντας ἐντεῦθεν ἀπαγεῖ λήκυθον ὁ θεὸς, ἵνα μὴ ἀπογνῶς τὴν ἀνάστασιν, καὶ ἀνελπίσης τὴν κρίσιν, ὡς πάντων ἐντεῦθεν διδόντων λόγον· ὅτε πάντα ἀφίησιν ἁμαρτήματα ἀπελθεῖν, ἵνα μὴ πάλιν ἀσωτεύσηται εἶναι τὰ πάντα νομίσῃς. *Deus in hoc mundo neg. ab omnibus pœnas sumit, ne vel desperes de resurrectione, vel spem de futuro iudicio abijcias, quasi*

*hic omnes rationem reddant: neq; omnes impunè abire sinit, ne rursus sine prouidentia omnia euenire putes.*

*Luc. 11.* τίνα ὑμῶν τὸν πατέρα αἰτήσει ὁ υἱὸς ἄρτον, μὴ λίθον ἐπιδώσει αὐτῷ; *Quis ex vobis pater, à quo si filius petierit panem, num lapidem dabit illi:*

*Posteriorem hunc accusatiuum retinent etiam passiua, priore accusatiuo plerumq; in nominatiuum mutato.*

*Vt enim dicimus,* πάντας ὁ θεὸς ἀπαιτήσει λόγον, *Deus ab hominibus exiget rationem: Sic etiam dicimus,* πάντες ἀπαιτηθήσεται λόγον. *Ab omnibus exigetur ratio. vt:*

*Chrysost.* ὅσον πρὸς μείζονα ὄγκον τῆς ἀρχῆς ἀναβέβηκεν ὁ τὴν βασιλείαν λαχὼν, τοσοῦτον πλείονα ἀπαιτηθήσεται λόγον. *Quanto ad altius magistratus & honoris fastigium ascendit is, qui regnum sortitus est, tanto maiorem cogetur reddere rationem.*

*Basi-*

*Basilius.* ἀναγκαῖον ὄφλημα, πλὴν εἰς θεὸν ἀγάπην ἀπαιτέμεθα, ὃ τῇ ἐλλιπέσῃ ψυχῇ πάντων κακῶν ἐστὶν ἀφόρητον. *Necessarium debitum, Amor Dei, à nobis flagitatur. Hoc si caret anima, malum sustinet præ omnibus alijs imprimis intolerabile.*

## VIII.

*Pariformiter loquuntur Græci passiuè, plerunq; vertentes accusatiuum in nominatiuum, vt:*

εὖ ποιήσω σε. *Benefaciam tibi. Sic,* σὺ εὖ ποιηθήσῃ πὸ ἐμοῦ. *Tu bene fies à me. i. benefiet tibi à me.*

Εὐαγγελίζω πτωχούς. *Annuncio pauperibus Euangelion. Et,* οἱ πτωχοὶ εὐαγγελίζονται. *Pauperibus Euangelium annunciatur.*

## IX.

*Passiua recipiunt ad se eum accusatiuum, quem habet verbum actiuum post datiuum acquisitiuum, vt:*

πιστεύειν τινὶ τὴν κοινὴν φροντίδα. *Credere seu committere alicui curam communem, hoc est, Rempublicam.*

*Eodem modo & passiuè dicitur,* πιστεύεσθαι τὴν κοινὴν φροντίδα, *Committi curam communem, vt:*

*Basilius.* ὁ τὴν κοινὴν φροντίδα πεπιστευμένος, ὡς ὀφείλων λόγον δοῦναι περὶ ἑκάστων τῶν πεπιστευμένων, ὅπως διακείτω. *Cui cura communis seu gubernatio publica commissa est, is ita affectus esto, tanquam debeat de singulis, quæ commissa sunt, reddere rationem.*

*Grego.* μύρον ὀσχεῖον σαπρὸν ὃ πιστεύεται. *Putrido vasi non committitur vnguentum.*

*Sed obseruandum est, vbi accusatiuus addi soleat, vbi verò non.*

*Isocr.* μηδενὶ συμφορὰν ὀνείδιζε. κοινὴ γὰρ ἡ τύχη, & τὸ μέλλον ἄδηλον. *Nemini miserias suas obijcies. Fortuna enim communis est, Et quid adhuc futurum sit, nemo præuidere potest.*

*Plutar.*

*Plutar.* Σωκράτης ὀνειδιζόμενός τινος ὅτι βάρβαρός ἐστιν, ἔφη· ἐγὼ μὲν τῇ λόγῳ, σὺ δὲ τῷ τρόπῳ. *Cum Socrati barbarus sermo à quodam exprobaretur: Ego quidem, dixit, barbarus sum verbis, tu autem moribus.*

*Multa efferunt Græci per passiuum, quæ Latinè aliter reddenda sunt, vt:*

*Nazian.* ἄφες ὁ ἀφεθεὶς, ἐλέησον ὁ ἐλεήμων. *Remitte, cum tibi remissum sit: miserere, qui misericordiam consecutus es.*

*Dionysius.* συγγνωσθῆναι δὲ μετανοοῦντας ἐφ' οἷς ἥμαρτον, ἀδύνατον. *Non potest fieri, vt veniam consequantur, quos peccatorum non pœnitet.*

*Aristot.* τίς ἐπιτήδειος πρὸς φιλίαν; ὁ πολλὰς ἀδικεῖσθαι δυνάμενος. *Quis idoneus est ad amicitiam? qui plurimas iniurias ferre potest.*

*Aesch. contra Ctesiph.* χαίρει ὁ δῆμος κολακευόμενος. *Populus gaudet, cum quis ei adulatur.*

*Solon.* ἄρχε, πρῶτον μαθὼν ἄρχεσθαι. *Imperium gere, sed vbi prius imperium ferre didiceris.*

# DE PASSIVIS ET MEDIIS VERBIS.

## PRIMA REGVLA.

PAssiuorum proprius casus est genitiuus cum præpositione ὑπὸ vel παρὰ, aut alia similia, vt:

Διδάσκομαι ὑπό σου. *Doceor à te.* Τραϊανὸς διδάσκεται πρὸς τοῦ Πλουτάρχου. *Traianus docetur à Plutarcho.*

*Polyb. lib. 1.* τοὺς φθόνους καὶ διαβολὰς οἱ μὲν ἐγχώριοι διὰ τὰς συγγενείας καὶ τοὺς φίλων πλήθους οἱονεὶ ἂν φέρειν, οἱ δὲ ξένοι ταχέως ὑφ' ἑκατέρων τούτων ἡττῶνται καὶ κινδυνεύουσι. *Indigenæ inuidiam & calumniam propter cognatorum & amicorum multitudinem facilimè superare possunt.*

*possunt: Hospites verò destituti præsidijs cognatorum & affinium, sæpe ab vtraq; re euertuntur.*

*Isocra.* ὅταν ὁ νοῦς ὑπὸ οἴνου διαφθαρῇ, ταῦτα πάσχει τοῖς ἅρμασι τοῖς οὗ ἡνιόχους ἀποβάλλουσι. *Cum mens à vino corrumpitur, idem ei accidit, quod curribus, qui suos agitatores amiserunt.*

*Democritus apud Stob.* ὑπὸ γυναικὸς ἄρχεσθαι, ὕβρις ἀνδρὶ ἐσχάτη. *A muliere imperari (.h. mulieri parere) extremum dedecus est viro.*

## *Exceptio.*

*Nonnunquau genitiuus in datiuum mutantuur, vt:*

πεποίηται μοι τοῦτο, *pro* ὑπ' ἐμοῦ. *Hoc à me factum est.* διδάσκομαί σοι, *pro* ὑπό σου, *Doceor à te.*

*Demosth.* οὐκ ἔστι πικρῶς ἐξετάσαι, τί πέπρακται τοῖς ἄλλοις, ἂν μὴ παρ' ἡμῶν αὐτῶν πρῶτον ὑπάρξῃ τὰ δέοντα. *Non fas est, quid ab alijs factum sit acerbè in-*

*quirere, nisi prius ipsi nostrum officium faciamus.*

*Item.* τῶν ἑτέροις πεπονημένων, ὕστατός τις ἐλθὼν τὴν δόξαν ἔχει. *Rerum ab aliis gestarum, postremus quispiam interueniens gloriam intercipit.*

*Ouid. 5. Trist.*

*Barbarus hic ego sum, quia non intelligor vlli.*

## I. Appendix.

*Verba quæ non habent terminationem passiuam, & tamen per se passionem aliquam significant, eandem cum passiuis recipiunt constructionem, vt:*

*Nazianzenus.*

οἷα πρὸς ἄλλου μὴ παθεῖν ὅλως θέλῃς,
τοιαῦτα κἀ σὺ μηδὲ δρᾶν ἄλλῳ θέλε.
*Qualia ab altero omnino non vis pati,*
*Talia & tu alteri ne feceris.*

*Lycurgus cont. Leocrat.* παρ' ὧν τὴν ἀρχὴν ἔλαβε καὶ ζῶν εὐλήφαμεν, καὶ τελευτήσας ἀγαθὰ πε-

θὰ πεπόνθαμεν, εἰς τούτους μὴ ὅπι ἁμαρτεῖν, ἀλλὰ ὅπι μὴ εὐεργετῆσαι τ' αὐτῶν βίον καταναλῶσαι, μέγιστον ἀσέβημά ἐστι. *A quibus initium vitæ accepimus, & magnis beneficijs affecti sumus, erga hos non solum delinquere, sed etiam defugere vitæ pericula pro ipsorum salute, summa impietas est.*

*Isocrat.* πολλοὶ μισοῦσιν ἐκείνους, ὑφ' ὧν οὐδὲν κακὸν πεπόνθασι. *Multi eos oderunt, à quibus nulla iniuria affecti sunt.*

*Demonax.* ἐλάσσω κακὰ πάσχουσιν ἄνθρωποι ὑπὸ τ' ἐχθρῶν, ἢ ὑπὸ τῶν φίλων. τοὺς μὲν γὰρ ἐχθροὺς δεδιότες φυλάσσονται. τοῖς δὲ φίλοις ἀνεῳγμένοι εἰσὶ, γίνονται σφαλεροὶ καὶ εὐεπιβούλευτοι. *Pauciora mala contingunt hominibus ab inimicis, quàm ab amicis. Inimicos enim cum metuant, ab eis sibi cauent: amicis vero aperti sunt, vnde periculis exponuntur, & insidijs ipsorum facilè capiuntur.*

*Xenophon.* ἐκεῖνος τέθνηκεν ὑφ' ὑμῶν ἀνὴρ

ἀνὴρ ἀγαθὸς ὤν. *Ille à vobis interfectus est, cum vir bonus esset.*

## II.

*Sic & verbum* ἀκούω *aliquando passiuè accipitur, vt:*

*Isocr. in Archid.* μηδὲν οὕτω δεινὸν δεῖ νομίζειν, ὡς τὸ κακῶς ἀκούειν ὑπὸ τῶν πολιτῶν. *Nihil tàm acerbum putandum est, quàm malè audire à ciuibus, seu apud ciues,*

*Chrysost.* ἀδύνατον τοῦτο ἐν ἀρετῇ ὄντας, παρὰ πάντων ἀκούειν καλῶς. *Non potest fieri, vt illi qui virtutem colunt, ab omnibus laudentur.*

*Sic Cicero 3. de Finib. Est hominis ingenui, velle bene audire ab omnibus.*

## III.

*Inueniuntur &* δοκέω, εὐδοκιμέω *& similia, voce actiua passiuè vsurpata, vt:*

*Menander.* νέος ὢν ἐδόκουν μὲν, ἐφρόνουν δ'

νουν δ' οὐδὲν. *Cum iuuenis essem, videbar quidem mihi præclarè sapere, sed nihil sapiebam.*

*Demost. Leptin. Orat.* πολλῷ κρεῖττον εὐήθη δοκεῖν, ἢ πονηρὸν εἶναι. *Longè præstat, simplicem quàm improbum videri.*

*Isocrat.* μηδὲν περὶ πλείονος ἡγῆσθαι δεῖ μετὰ τὴν περὶ τὸν θεὸν εὐσέβειαν, τοῦ παρὰ τοῖς ἀγαθοῖς εὐδοκιμεῖν. *Post pietatem Deo debitam nihil plurisfaciendum est, quàm à bonis laudari.*

## IIII.

*Est & vbi verbis passiuis per Synecdochen accusatiuus additur, vt:*

*Luc. 11.* ἐκεῖνος ὁ δοῦλος, ὁ γνοὺς τὸ θέλημα τοῦ κυρίου ἑαυτοῦ, καὶ μὴ ποιήσας, δαρήσεται πληγὰς πολλάς. *Seruus sciens voluntatem Domini sui, & non faciens, afficietur verberibus multis.*

*Isocrat.* ἐστὶν ὁρᾶν καὶ πολλοὺς δικαιοτάτους τὴν οὐσίαν ἅπασαν ἀφῃρημένους. *Videre licet etiam multos innocentissimos homi-*

*homines omni sua substantia priuatos esse.*

*Virg. 1. Aenei.*

*Implicat & miseros morsu depascitur artus.*

## V.

*Verba media & actiuorum & passiuorum constructionem obtinent, vt:*

Βιάζομαι τ̃ ἐχθρόν. *lædo inimicum:* & Βιάζομαι ὑπὸ τ̃ ἐχθρ̃, *lædor ab inimico.*

# DE INFINITIVIS.

## I REGVLA.

Infinitiuus construitur cum altero verbo, & resoluendus est vel per ἵνα, τελικῶς, vt:

*Exodi.*

*Exodi. 32.* ἐκάθισεν ὁ λαὸς φαγεῖν καὶ πίειν, καὶ ἀνέστησαν παίζειν. *Sedit populus edere & bibere, & surrexit ludere. id est, vt ederet, biberet, & luderet.*

*Matth. 20.* ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἦλθε διακονηθῆναι, ἀλλὰ διακονῆσαι. *Filius hominis non venit vt sibi ministraretur, sed vt ipse ministraret.*

*Vel per* ὅτι, εἰδικῶς, *vt:*

λέγω Σωκράτην γεγονέναι σοφόν.

*Dico Socratem fuisse sapientem, vel dico quòd Socrates fuerit sapiens.*

## II.

*Infinitiuus sæpe ponitur loco coniunctiui, præcedente* ὡς *vel* ὥστε, *vel præpositione cum suo casu, vt:*

παρακαλῶ ὥστε τυχεῖν, *vel* τοῦ τυχεῖν, *vel* ἐφ' ᾧ τυχεῖν τιμῆς καὶ δόξης. *Hortor te, vt consequaris honorem & gloriam.*

*Isocr.* οὕτως ζῆν προαιροῦ, ὡς μήτε τῶν δυνατωτέρων καταφρονεῖσθαι, μήτε τοῖς καταδεεστέροις φοβερὸς εἶναι. *Ita viuere instituas,*

*ſtituas, vt neq; à potentioribus contemnaris, neq; inferioribus metuendus ſis.*

## III.

*Infinitiuus aliquando duplicatur, vt:*

*Demoſt. de Rhodio. Libert.* ἐγὼ οὐδὲ πώποτε ἡγησάμην χαλεπὸν, διδάξαι τὰ βέλτιστα τοὺς ἀνθρώπους· ἀλλὰ τὸ πράττειν πεῖσαι ταῦτα. *Ego nunquam putaui difficile, docere homines, quæ optima factu ſint: perſuadere verò, vt ea exequantur, id difficile eſt.*

*Idem. 3. Olynth.* ψήφισμα οὐδενός ἐστιν ἄξιον, ἂν μὴ προσγένηται τὸ ποιεῖν ἐθέλειν τάγε δόξαντα προθύμως ἡμᾶς. *Decretum nullius eſt momenti, niſi & hoc acceſſerit, vt ea quæ deceruntur, alacriter facere ſtudeamus.*

## IIII.

*Quando infinitiuus & verbum vel participium præcedens, pertinent ad ean-*

eandem personam, non opus est accusatiuo, vt:

*Plutar. Apopht.* Θεμιστοκλῆς ἔφη ἄνδρα ζητεῖν χρημάτων δεόμενον μᾶλλον, ἢ χρήματα ἀνδρός. *Themistocles dixit, se malle virum qui pecunia egeat, quàm pecuniam, quæ viro.*

*Chrysost.* εὐεργετῶν, τὸν θεὸν νόμιζε μιμεῖσθαι. *Cum benefacis, Deum te imitari putato.*

*Isocrat.* μηδέποτε μηδὲν αἰσχρὸν ποιήσας, ἔλπιζε λήσειν. κἂν γὰρ ἄν ἄλλους λάθῃς, σαυτῷ γε συνειδήσεις. *Nunquam flagitiose aliquid committens speres te celatum iri. Nam tametsi alios fugiat, tibi tamen tu conscius eris.*

## V.

*Accusatiuus non solum proprius casus est infinitiuorum, præcedens infinitiuos, sed etiam nominatiuus, præcipuè si is regatur à casu verbum finitum præcedente, vt:*

φησὶν αὐτὸς αἴτιος εἶναι. *Dicit se autorem esse. Vbi* αἴτιος *regitur ab* αὐτός.

*Plutarch. in Pædagog.* ὁ Περικλῆς καλούμενος ὑπὸ τοῦ δήμου πολλάκις, οὐχ ὑπήκουσε, λέγων ἀσύντακτος εἶναι. *Pericles cum à populo (ad habendam orationem) sæpè vocaretur, non paruit, se commentatum esse negans.*

*Theocritus,* νεανίσκου ἐναβρυνομένου καὶ λέγοντος σοφὸς εἶναι πολλοῖς ὁμιλήσας σοφοῖς, εἶπέ τις, κἀγὼ πολλοῖς πλουσίοις, ἀλλὰ πλούσιος οὐκ εἰμί. *Cum iuuenis quidam gloriaretur, dicens se sapientem esse, vt qui multis sapientibus conuersatus esset, respondit quidam: Et ego multis diuitibus conuersatus, diues tamen non sum.*

## VI.

*Casus sequens Infinitiuos* εἶναι *&* γίνεσθαι, *conuenit plerunq; cum nomine præcedente, vt:*

*Aristo. Polit. 1.* τοῦ εἶναι δοκοῦντος ἀγαθοῦ χάριν, πάντα πράττουσι πάντες.

*Singuli*

*Singuli ad id quod vtile videtur, omnes suas actiones referunt.*

*Aristot. Ethi. 3.* ἐφ' ἡμῖν ἐστὶ τὸ ἀπιεικέσι καὶ φαύλοις εἶναι. *In nostra potestate est, probi nè, an improbi simus.*

*Plato in Phædro.* εἰ μὲν σοι ὑπάρχει φύσει ῥητορικῷ εἶναι, ἔσῃ ῥήτωρ ἐλλόγιμος, πρόσλαβὼν ἀμφοῖν τούτοιν καὶ μελέτην. *Si tibi natura inest, vt rhetor sis, eris rhetor insignis, si modò addideris studium & exercitationem.*

*Isocr. in Areop.* πρέπον ἡμῖν βελτίστοις ἁπάντων ἀνθρώπων εἶναι. *Decet nos, vt omnium hominum optimi simus.*

*Demost. in Amator.* Μὴ παιδείαν τοῖς μὲν ἀφυεστέροις αὐτῶν μόνον βελτίοσι γίγνεσθαι· τοῖς δ' εὐφυέσι καὶ τὰ ἄλλων συμβαίνειν διενεγκεῖν. *Illi qui tardiori ingenio sunt, sese duntaxat per institutionem vincunt: qui verò præstantiore sunt, alijs etiam antecellere student.*

*Aristo. Ethi. 3.* τῷ ἀδίκῳ καὶ ἀκολάστῳ ἐξ ἀρχῆς μὲν ἐξὸν τοιούτοις μὴ γενέσθαι, γεγονόσιν οὖν ἔξεστι μὴ εἶναι. *Iniusto ac*

libidinoso initiò ab his vitijs declinare licuit: at postquam eiusmodi extiterunt, iam non licet.

Talia sunt.

Lucan. lib. 9. Tutumq; putauit iam bonus esse socer: pro esse bonum socerum.

Claudianus. Natura beatis
Omnibus esse dedit, si quis cognouerit uti.

## VII.

Infinitiuis sæpè adijcitur verbum μέλλω, in omnibus temporibus, sed per futurum plerunq; explicatur, siue adiunctum præsenti sit, siue futuro, vt:

μέλλω ποιεῖν vel ποιήσειν. Faciam, vel facturus sum.

Bias. ὁ μέλλεις ποιεῖν, μὴ λέγε. ἐὰν τυχὸν γὰρ καταγελασθήσῃ. Quod facturus es, ne dixeris. Si enim non succedit, irrideberis.

Isoc. ad Demon. ὅταν ὑπὲρ τῶν σεαυτοῦ μέλλῃς

μέλλῃς τινὶ συμβουλεύεσθαι, σκόπει πρότερον, πῶς ὑπὲρ τῶν αὐτοῦ διῴκησεν. *Cum de tuis rebus petiturus es alicuius consilium, inquire prius, quomodo sua administrare soleat.*

*Demosth.* τὸ μέλλον ἀεὶ συνοίσειν, οὐ καθορῶμεν. *Quid profuturum sit, non semper prospicimus.*

## VIII.

*Infinitiuis his*, εἰπεῖν, λέγειν, διδάσκειν, ἐγκωμιάζειν, ἀντειπεῖν, ἀντιλέγειν, ἐνεγκεῖν, παρασχέσθαι, χρῆσθαι, σῶσαι, δηλῶσαι, ἀποδοῦναι, ὑπολαμβάνειν, δεῖξαι, ἐπιδεῖξαι, δοῦναι, ἀντιλαμβάνειν, ἐξελέγχειν, ἐγκαλεῖν, διελθεῖν, ἐπαινεῖν, προσθῆναι, διᾶραι, ἀντιτιθέναι, ὑπερβάλλειν, *& similibus, loco* δύναμαι, *verbum* ἔχω *plerunq; additum esse inuenies, vt.*

*Demosth. De falsa legat.* τῷ μηδὲν ἔχοντι δίκαιον ἄλλο εἰπεῖν, ἀνάγκη πάντα μηχανᾶσθαι. *Qui non potest iustam ex-*

*cusationem proferre, ei quiduis commi-*
*nisci necesse est.*

*Idem.* πολλοὶ τούτοις ἐγκαλοῦσιν, ὧν οὐκ ἔχουσι λέγειν βελτίω. *Multi ea accusant, quibus non possunt dicere meliora.*

οἱ μὲν εὖ τε ἀκριβῶς μαθόντες, ὀρθῶς ἔχουσιν ἄλλους διδάσκειν. *Qui benè & accuratè didicerunt, rectè possunt alios docere.*

μέχρι τοῦ τυχεῖν, ὧν δεόμεθα, ῥᾴδιον ἔχομεν οὐ εὐποιήσαντας ἡμᾶς ἐγκωμιάζειν. *Tantisper dum consequamur illa quæ petimus, facilè possumus benefactores nostros laudare.*

## DE INFINITIVIS PRO NOMINIBVS VSVRPATIS.

### REGVLA.

Infinitiui cum articulis ponuntur pro nomine in omni casu.

*Exempla de Nominatiuo.*

*Chrysosto.* ἔστι τὸ μαθεῖν ἐγκλημα, ἀλλὰ τὸ ἀγνο-

τὸ ἀγνοεῖν κατηγορία. *Discere non est vitiosum, ignorare verò, reprehensione dignum est.*

*Plutarch. in Pædagog.* πηγὴ καὶ ῥίζα καλοκαγαθίας, τὸ νομίμου τυχεῖν παιδείας. *Fons & radix est omnis honestatis, legitimam consequi institutionem.*

*Ibidem.* τὸ τοῖς πολλοῖς ἀρέσκειν, τοῖς σοφοῖς ἀπαρέσκειν ἐστί. *Vulgo placere, sapientibus displicere est.*

*Demost. 1. Olynth.* κινδυνεύει τὸ λίαν εὐτυχεῖν, ἐνίοτε ἐπαχθεῖς ποιεῖν. *Ita ferè fit, vt nimia felicitas homines aliquando reddat intolerabiles.*

## *Appendix.*

*Sæpè hic infinitiuus resoluendus est per* ὅτι, *maximè si sequitur accusatiuus, vt:*

*Demost. in Median.* τίς οὐκ οἶδε, τῷ μὲν πολλὰ κακὰ γίγνεσθαι, τὸ μὴ κολάζεσθαι τοὺς ἐξαμαρτάνοντας, αἴτιον ὄν; *Quis ignorat impunitatem in caussa esse, quod multa mala fiant?*

*Chrysost.* τὸ εἰδέναι τινὰ ὅτι ἀγνοεῖ, σοφίας ἐστὶν, ὡς ἡ τὸ εἰδέναι ὅτι ἠδίκησε, δικαιοσύνης. *Quod quis scit se imperitum esse, id sapientiæ est: sicut & iustitiæ est, cum quis agnoscit, se iniustè egisse.*

*Sic & in Præterito, vt:*

*Demost.* τὸ μὲν πολλὰ ἀπολωλεκέναι, τὴν ἡμετέρας ἀμελείας ἄν τις θείη δικαίως. *Quod multa nobis perierunt, id nostræ negligentiæ meritò imputari potest.*

*Resoluitur etiam per Ne, cum verbo coniunctiuo, si particulam μὴ sibi adiunctum habet, vt:*

*Demost.* τὸ μὴ πολυπραγμονεῖν ἡμᾶς μηδὲν, τοῦτ' ἀγαθὸν ὑπολαμβάνω εἶναι. *Id è re nostra esse puto, ne quid temerè & curiosè agamus.*

*Exempla de nominatiuo & genitiuo.*

*Chrysost.* τὸ σφόδρα φιλεῖσθαι ἐθέλειν, ἀπὸ τοῦ σφόδρα φιλεῖν γίνεται. *Valde amari cu-*

*ri cupere, ex valde amando nascitur. Vt ameris, amabilis esto.*

*Grego. Nissenus.* τὸ καλῶς ἔχειν ὀλίγα, πολυτιμώτερον ἢ κακῶς ἔχειν πολλά. *Honestè pauca habere, multò honorificentius est, quàm inhonestè multa possidere.*

*Demost.* τὸ φυλάξασθαι τὰ ἀγαθὰ, ἢ κτήσασθαι χαλεπώτερον. *Bona conseruare difficilius est, quàm acquirere.*

*Plato in Gorg.* βέλτιόν ἐστι τὸ ἀδικεῖσθαι τοῦ ἀδικεῖν. *Accipere, quàm facere præstat iniuriam.*

ἐκ δ' ὁρᾶν γίγνεται τὸ ἐρᾶν. *Ex aspectu nascitur amor. Prouerb.*

*Ptolemæus apud Plutar.* τοῦ πλεονεκτεῖν τὸ πλεονάζειν ἐστὶ βασιλικώτερον. *Magis regium est ditare, quàm diuitias possidere.*

*Plutar. in Pædagog.* τὸ λίαν φιλεῖν, ἢ μὴ φιλεῖν αἴτιόν ἐστι. *Nimius amor, odij causa esse solet.*

## *Exempla de datiuo.*

*Socrates.* τὸ φιλεῖν ἀκαίρως, ἴσον ἐστὶ τῷ μισεῖν. *Intempestiuè amare simile est odio.*

*Chrysost.* μὴ τῷ κακῶς ἀκούειν ἀλγῶμεν, ἀλλὰ τῷ δικαίως ἀκούειν κακῶς. *Ne doleamus quod malè audimus, sed quod iustè malè audimus.*

*Isocrat ad Demon.* ἐν τῷ ῥᾳθυμεῖν, καὶ ταῖς πολυπραγμοσύναις ἀγαπᾶν, εὐθὺς αἱ λύπαι τοῖς ἡδοναῖς παραπεπήγασι. *In ocij & libidinum ingurgitationumq; amore continuo, statim dolores voluptatibus commiscentur.*

*Sed hæc etiam ad Ablatiuum casum referri possunt.*

## *Exempla de Accusatiuo.*

*Eurip.*

ἅπαντες ἐσμὲν εἰς τὸ νουθετεῖν σοφοί,
αὐτοὶ δ' ὅταν ποιῶμεν, οὐ γινώσκομεν.
*Omnes in monendo sapientes sumus:*
*Cum autem ipsi aliquid facimus, non intelligimus.*

*Iohan. 7.* καὶ τυφλοῖς πολλοῖς ἐχαρίσατο τὸ βλέπειν. *Et multis cæcis reddidit visum.*

I. Ap-

## I. Appendix.

*Hic Infinitiuus sæpe latinè in coniunctiuum mutandus est, addendo coniunctionem causalem Vt, vt:*

*Philip. 2.* ὁ θεός ἐστιν ὁ ἐνεργῶν ἐν ὑμῖν τὸ θέλειν, καὶ τὸ ἐνεργεῖν. *Deus est qui efficit in vobis, vt & velitis & perficiatis.*

*Isocrat. Nico.* οἶμαι πᾶσι δοκεῖν δεινότατον εἶναι, τὰ τῶν αὐτῶν ἀξιοῦσθαι τοὺς χρηστοὺς καὶ τοὺς πονηρούς. *Omnibus iniquissimum videri arbitror, vt eadem bonis & malis tribuantur.*

## II.

*Articulus neutri generis etiam transformat infinitiuum, aut infinitiuam orationem, in nomen, vt:*

*Philip. 4.* ὃς ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχων οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα θεῷ. *Qui cum esset in forma Dei, non rapuit æqualitatem Dei. Hic* τὸ εἶναι ἴσα, *pro nomine* ἰσότητα *ponitur.*

DE

# DE GERVNDIIS ET SVPINIS.

Infinitiui pro Gerundijs & Supinis, quibus Græci in sua lingua carent, vsurpantur.

## I. REGVLA DE Gerundijs.

*Infinitiuus cum adiectiuo ponitur loco Gerundij in Di vel in Dum, vt:*

*Plutar. in Alcibiade.* λαλεῖν ἄριστος, ἀδυνατώτατος λέγειν. *Ad garriendum est idoneus, ad dicendum minimè accommodatus.*

*Phocyl.* οὐ χωρεῖ διδαχὴν μεγάλην ἀδίδακτος ἀκούειν. *Non percipit magnam doctrinam, qui non idoneus est ad auscultandum.*

δεινὸς

δήνος πεάγμασι χρῆσθαι. *Peritus vtendi, seu ad vtendum rebus. Demost.*

*Sic Virg. Eclog. 10. Soli cantare periti.*

*Aenei. 10.*

*Nescia mens hominũ fati sortisq; futuræ,*
*Et seruare modum rebus sublata secundis*

*Eadem & Comparatiuorum constructio est, vt:*

*Demost. Concion. Exor.* ἀμείνους ἐσμὲν τὰ τῶν ἄλλων δήνε' ἐπανορθοῦν, ἢ τῶν ἡμῖν αὐτοῖς συμβαινόντων φροντίζειν. *Maior nostra dexteritas est in aliorum malis corrigendis, quàm in ijs, quæ nobis ipsis eueniunt, prouidendis.*

*Item Superlatiuorum, vt:*

*Plutar. Demosthene.* τὸ μὲν λέγειν εἶναι δεινοτάτου, σοφιστοῦ· τὸ δὲ κάλλιστον ὀφθῆναι, γυναικὸς· τὸ δὲ συμπιεῖν ἱκανώτατον, ἀσωτίας ἦν· βασιλέως δ' οὐδὲν ἐγκώμιον. *Eloquentissimum esse, rhetoris: formosissimum esse, mulieris: combibonem esse, spongiæ laus est, regis autem nulla.*

II.

*Infi-*

*Infinitiuis cum articulo genitiui casus, vtuntur Græci eo loco, quo Latini gerundijs in Di, vel simpliciter, vel addentes causa, vel gratia, aut verbo coniunctiuo, præcedente Vt, vt:*

*Isocrat.* δύο ποιοῦ καιροὺς τοῦ λέγειν, ἢ περὶ ὧν οἶσθα σαφῶς, ἢ περὶ ὧν ἀναγκαῖον εἰπεῖν. *Duæ sunt tantum loquendi oportunitates: aut de ijs, quæ bene nosti, aut de quibus est necesse dicere.*

*Lucæ 24.* καὶ εἰσῆλθε τοῦ μεῖναι σὺν αὐτοῖς. *Et ingressus est manendi causa, seu vt maneret cum ipsis.*

*Luc: 4.* καὶ κατεῖχον αὐτὸν, τοῦ μὴ πορεύεσθαι ἀπ' αὐτῶν. *Et detinebant eum, ne discederet ab eis,*

*Isocra.* τὸ λέγειν ὡς δεῖ, τοῦ φρονεῖν εὖ μέγιστον σημεῖον ποιούμεθα. *Dicere vt oportet, maximum sapiendi indicium est.*

*Aliquando articulus dissimulatur, vt:*

*Demost. Philip, 4.* ἔστι πολλάκις ἀκη-

κοέναι

κοέναι καὶ βεβουλεῦσθαι καιρὸς, ὅθ' ἡμεῖς οὐκ ἐθέλομεν. *Audiendi & deliberandi sæpè est occasio, cum nos nolumus.*

*Tale est:*

*Nunc est tempus dicere, quæ sentias.*

## III.

*Infinitiuus cum articulo datiui casus, ponitur loco Gerundij in Do, vt:*

*Aristot. 1. Rhetor.* τὸ πλουτεῖν, ἐστὶν ἐν τῷ χρῆσθαι μᾶλλον, ἢ ἐν τῷ κεκτῆσθαι. *Diuitem esse, in vtendo magis, quàm in possidendo consistit.*

*Sopho.* ἐν τῷ μὴ φρονεῖν ἥδιστος βίος. *In non sapiendo iucundissima vita est.*

*Idem in Oedipo Colon.* ἐν τῷ μαθεῖν ἔνεστιν ἡ ὑλάβεια τῶν ποιουμένων. *In discendo inest scientia rerum agendarum.*

*Nonnunquam articulus genitiui casus idem efficit, vt:*

*Demost. Philip. 2.* ἐκ τοῦ μηδὲν ἤδη ποιῆσαι, λήσομεν πάντα ταῦθ' ὑπομείναντες. *Ex nihil agendo, imprudentes in ista omnia incidimus.*

*Appen-*

## Appendix.

*Infinitiuus cum articulo datiui casus, aliquando ponitur pro genitiuo absoluto seu consequentiam significante, maxime si præpositio ἐν præcedat, & sequatur Accusatiuus, vt:*

*Luc. 5.* ἐγένετο δὲ ἐν τῷ τὸν ὄχλον ἐπικεῖσθαι αὐτῷ, τοῦ ἀκούειν τὸν λόγον τοῦ θεοῦ. *Factum est autem cum turba imminueret ei, vt audiret verbum Dei.*

*Luc. 24.* καὶ ἐγένετο ἐν τῷ κατακλιθῆναι αὐτὸν. *pro* κατακλιθέντος αὐτοῦ. *Et Factum est sedente eo, vel, cum sederet ipse.*

ἐν τῷ βασιλεύειν Τραϊανόν. *pro* βασιλεύοντος Τραϊανοῦ. *Regnante Traiano, vel cum regnaret Traianus.*

*Tale est illud Psalm. 101.* ἐν τῷ ἐπισυναχθῆναι λαοὺς ἐπὶ τὸ αὐτὸ, καὶ βασιλεῖς εἰς δουλεύειν τῷ κυρίῳ. *In conueniendo populos in vnum, & reges, vt seruiant Domino. Hic Latini Grammatici de constructione rixantur, cum sit forma orationis con-*

nis contra Latinam consuetudinem ex Græco expressa. Est autem sententia: Conuenientibus populis & regibus, seu, cum conueniunt populi simul & reges, vt seruiant Domino. Pingit hic versiculus Ecclesiæ concordiam, testatur etiam ad Reges Euangelion pertinere, & hanc curam Regum esse debere, vt populos ad pietatem inuitent, denique propter hunc finem homines ad societatem esse conditos, vt conueniant, id est, tueantur ministerium vocis diuinæ, discant veram doctrinam, & vero consensu Deum inuocent, & ornent gloriam Dei.

## III.

Præpositio significans motum ad aliquid, addita infinitiuo, efficit, vt ponatur infinitiuus loco Gerundij in Dum, vel pro Supino priore, vt:

ἔξειμι πρὸς τὸ μάχεσθαι. Exeo ad pugnandum, vel Exeo pugnatum.

## REGVLA DE SVPINIS.

*Vbi nos vtimur posteriori supino in Tu, Græci vtuntur infinitiuo, & ferè cum adiectiuo neutro, vt:*

*Isocra.* ἃ ποιεῖν αἰσχρὸν, ταῦτα νόμιζε μηδὲν λέγειν εἶναι καλόν. *Quæ turpia factu sunt, ea ne dictu quidem honesta existimes.*

*Diogenes.* τοῖς νοσοῦσι τὰ ὄμματα, τὸ μὲν φῶς αὐτοῖς ὀχληρὸν ὁρᾶν, τὸ δὲ σκότος ἄλυπον καὶ φίλον. *Illis qui ex oculis laborant, lux aspectu molesta est, tenebræ verò charæ & minimè molestæ sunt.*

# DE IMPERSONALIBVS.

## I. REGVLA.

ἐφὶ

*ἐφὶ personam genitiuo designat, & sequitur infinitiuus, vt:*

*Grego-*

*Gregorius Nazian.* ἔστιν ἀνδρὸς μεγαλόφρονος, φίλων ἀποδέχεσθαι μᾶλλον ἐλευθερίαν, ἢ ἐχθρῶν κολακείαν. *Est viri magnanimi, amicorum potius libertatem approbare, quàm inimicorum adulationem.*

*Demoſt. Concion. Exord.* σπουδαίων ἐστὶν ἀνθρώπων, ὅταν βελτίστῃ τύχῃ χρῶνται, τότε μάλιστα τὴν σπουδὴν πρὸς τὸ σωφρονεῖν ἔχειν. *Proborum hominum officium eſt, cum fortuna vtuntur ſecundiſſima, tùm maximè modeſtiæ ſtudere.*

*Verbum ἐστὶ aliquando diſſimulatur, vt:*

*Sextus.* πενίαν φέρειν, οὐ πάντες, ἀλλ' ἀνδρὸς σοφοῦ. *Paupertatem rectè ferre, non cuiuſuis eſt, ſed viri ſapientis.*

*Ariſt. Eth.* τῆς ἀρετῆς μᾶλλον εὖ ποιεῖν, ἢ τὸ εὖ πάσχειν. *Virtutis eſt potius, beneficia conferre, quàm accipere.*

*Additur & verbo ἐστὶ pronomen poſſeſſiuum in genere neutro, vt:*

*Plutar. Antonio.* οὐκ ἐμὸν ἀπορεῖν ἐστι.

*Non est meum peierare. Dicitur etiam dissimulato verbo* ἐστὶ: οὐκ ἐμὸν ἐπιορκεῖν.

σόν ἐστι τὰ δέοντα ποιεῖν. *Tuum est illa quæ decent facere, tuo officio fungi. Isocrat.*

*Inuenies etiam pronomini nomen* ἔργον *adjici, vt:*

*Isocr. De pace.* ἐμὸν ἔργον ἐστὶ, τῶν λόγων προαιρεῖσθαι, μὴ σοὶ ἡδίστους, ἀλλὰ σοὶ ὠφελιμωτάτους. *Mei officij est eligere orationes, non quæ animos demulcent, sed quæ auditoribus maximè prosunt.*

*Est & vbi genitiuo personæ, præpositio* πρὸς *additur, vt:*

*Nazian.* ἀ πρὸς δικαίου ἀνδρὸς, σιωπῆ τὰς παρανομίας ἐπικαλύπτειν. *Viri boni non est, iniquitates silentio tegere.*

## II.

ἔξι *pro licet, vel potest, vel fieri potest, vel fas est, accipitur, & tunc Infinitiuum adsciscit: sæpe etiam Infini-*

finitiuum accusatiuus Participij præcedit, qui verbi & relatiui vim habet, vt:

Chrysost. ἔστι καὶ πλούτῳ εἰς δέον χρήσασθαι, ὅταν εἰς τοὺς δεομένους ἀναλώσῃ. Diuitijs etiam rectè vti licet, si expendas indigentibus.

Nazian. αὔραις μᾶλλόν ἐστι πιστεύειν οὐχ ἱσταμένοις, καὶ νηὸς ποντοπορούσης ἴχνεσιν, καὶ νυκτὸς ἀπατηλοῖς ὀνείρασιν, ἢ ἀνθρώπων εὐημερίαις. Credere potius licet instabilibus ventis: & nauis mare sulcantis vestigijs, & noctis fraudulentis somnijs, quàm hominum prosperitati.

Eurip. οὐκ ἔστιν εὑρεῖν βίον ἄλυπον ἐν οὐδενὶ. Non licet in quoquam reperire vitam dolore vacuam.

Menander. οὐκ ἔστιν εἰπεῖν ζῶντα, τοῦτο οὐ πείσομαι. Nemo dum viuit, dicere potest, Hoc vel illud non patiar.

Arist. 3. Polit. οὐκ ἔστιν εὖ ἄρξειν, μὴ ἀρχθέντα. Nemo imperium benè gerere potest, qui non ipse prius sub imperio fuerit.

*Chrysost.* οὐκ ἔστι τὸν ἀρετῆς ἀπιμελέμμον, μὴ πολλὰς ἔχειν ἐχθρὰς. *Fieri non potest, quin qui virtutis studiosus est, multos habeat hostes.*

*Idem.* οὐκ ἔστι τῶν χρημάτων ὄντα δῆλον, δῆλον εἶναι χρηστὸν γνήσιον. *Fieri non potest, vt aliquis sit pecuniæ mancipium, & Christo fideliter seruiat.*

*Demosth. Olynth. 2.* οὐκ ἔστιν, οὐκ ἔστιν ἀδικοῦντα, καὶ ἐπιορκοῦντα, καὶ ψευδόμενον, δυνάμιν βεβαίαν κτήσασθαι. *Nullo modo fieri potest, vt per iniurias, & periuria, & mendacia, stabilis potentia comparetur.*

## I. Appendix.

Loco ἔστι, nonnunquam ἔνι, vel δυνατὸν, aut οἷόντε vsurpatur, vt:

*Chrysost.* τῶν μὲν χρημάτων τὴν ζημίαν πάλιν ἔνι λαβεῖν· λόγον δ' ἐκπηδήσαντα ἅπαξ, ἀνακτήσασθαι πάλιν οὐκ ἔνι. *Pecuniæ quidem iacturam resarcire licet, sermonem autem semel elapsum, reuocare non licet.*

*Demosth.*

*Demost. 2. Olynth.* οὐκ ἔνι αὐτὸν ἀργοῦντα, οὐδὲ φίλοις ἐπιτάττειν ὑπὲρ αὐτοῦ τι ποιεῖν, μήτιγε τῷ θεῷ. *Non fas est, vt qui ipse ignauus est, amicos aliquid sua causa iubeat facere, nedum Deum.*

*Basilius.* οὐ δυνατὸν σωθῆναι, μὴ ποιοῦντα τὰ κατ' ἐντολὴν τοῦ θεοῦ ἔργα. *Non potest fieri, vt saluetur, qui non facit opera secundum præcepta Dei.*

*Isoc.* οὐχ οἷόντε τοὺς καλῶς τρεφομένους, οὐ τῆς ἀρετῆς μετέχειν. *Non potest fieri, vt qui rectè educantur, nulla virtute præditi sint.*

*Idem.* τοὺς λόγους οὐχ οἷόντε καλῶς ἔχειν, ἢν μὴ τῶν καιρῶν καὶ τοῦ πρέποντος μεταλαχῶσιν. *Fieri non potest, vt orationes sint præclaræ, nisi temporis & decori diligens ratio habeatur.*

ἐκ τῶν πράξεων οἷόντ' ἐστὶν εἰδέναι, ὁποῖός ποθ' ἕκαστός ἐστιν. *Ex actionibus videre licet, qualis quisq; sit.*

## II.

ἔξι pro fit, contingit, etiam mediante aduerbio ὅτε, cum indicatiuo construitur, vt:

Aristot. Ethi. 4. ἔστιν ὅτε τὸν φιλότιμον ἐπαινέσομεν, ὡς ἀνδρώδη καὶ φιλόκαλον. Fit interdum, vt ambitiosum tanquam virilem & honesti studiosum laudemus.

## III.

Verbum ἔξι sequitur etiam coniunctio ὅπως cum verbo, vt:

Demost. οὐκ ἔστιν ὅπως οἱ πολυπράγμονες καὶ φιλάργυροι ἀγαπήσαντες τοῖς παροῦσιν, ἡσυχίαν ἄξουσι. Fieri non potest, vt homines curiosi & auari præsentibus bonis contenti sint, & quiescant.

## III. REGVLA.

Ἔξεσι datiuum cum infinitiuo adsciscit, vt:

Isocrat. τοῖς βασιλεῦσιν ἧττον ἔξεστιν ἀδικεῖν, ἢ τοῖς ἰδιώταις. Regibus minus licet

*licet iniustè agere, quàm priuatis hominibus.*

*Demost. in Midian.* πολλὰ μὲν χρήματα ἔξον μοι λαβεῖν, οὐκ ἔλαβον. *Cum mihi liceret magnam pecuniam accipere, non accepi.*

*Demosth.* δημοσία συμφέρῃ, μηδενὶ μηδὲν ἐξεῖναι ἀδικεῖν. *Publicè prodest, ne cuiquam liceat alteri iniuriam facere.*

*Nonnunquam sine casu ponitur, vt:*

πολλὰ ἃ πρότερον μὲν ἐνῆν ποιεῖν, ἤδη οὐκ ἔξεστι. *Multa quæ olim facere licebat, nunc non licet.*

## IIII.

Μέτεστι *plerunq; datiuum cum genitiuo adsciscit: Aliquando nominatiuus accedit, vt:*

*Isocr. ad Nicoc.* τῆς ἀρετῆς οὐδὲν μέρος τοῖς πονηροῖς μέτεστι. *Prauis nulla pars virtutis contingit.*

*Demosth. De falsa Legat.* τῶν μὲν ἄλλων ἀγαθῶν οὐ μέτεστι τοῖς τεθνεῶσιν· οἱ δὲ

ἐπὶ τοῖς καλῶς πεπραχθεῖσιν ἔπαινοι, τῶν ἀνδρείως τελευτησάντων ἴδιον κτῆμά ἐστιν. *Alia quidem bona nihil pertinent ad defunctos: at rerum præclarè gestarum laudes, eorum qui fortiter oppetierunt, propria sunt possessio.*

*Idem cont. Timocr.* τοῖς ἄκουσιν ἁμαρτοῦσι μέτεστι συγγνώμης· ἀ τοῖς ἐπιβεβουλευσαι. *Iis qui peccant inuiti, venia dari debet: non ijs, qui de industria & ex insidijs delinquunt.*

*Idem Concion. Exord.* τῇ τύχῃ μέτεστι δ' καλῶς, ἢ μὴ, ἀγωνίσασθαι. *In fortuna situm est, cur res vel benè vel malè gerantur.*

*Isocr. in Epist.* μὴ δεῖ ἀγαπᾶν λίαν τὰ τοιαῦτ' ἀγαθα, ὧν ἔ τοῖς φαύλοις μέτεστι. *Talia bona non valdè adamanda sunt, quæ etiam malis contingunt.*

## V.

*Verbum* ἐνδέχεται *sequitur casus, siue datiuus siue accusatiuus, quem sequens infinitiuus requirit, vt:*

*Aristot.*

*Aristot. Ethi. 1.* ἐνδέχεται τὸν μακαρίως βεβιωκότι μέχρι γήρως, πολλὰς μεταβολὰς συμβαίνειν περὶ τοὺς ἐκγόνους. *Fieri potest, vt aliquis ad senectutem vsq; bene beateq; viuat, & tamen multa post mortem secunda vel aduersa liberis accidant.*

*Isocr.* τοῖς φαύλοις ἐνδέχεται τὰ τυχόντα πράττειν. *Improbis licet seu concessum est, quauis agere.*

*Aristot.* ἐνδέχεται τὸν μάλιστα εὐδαίμονα, μεγάλαις συμφοραῖς περιπεσεῖν ἐπὶ γήρως. *Fieri potest, vt homo omnibus bonis affluens, in senectute incidat in acerbissimas calamitates.*

*Luc. 13.* ὅτι ἐνδέχεται προφήτην ἀπολέσθαι ἔξω Ἱερουσαλήμ. *Non potest fieri, vt propheta pereat extra Ieruſalem.*

*Arist. Ethi. 6.* τούτων ἀρχαὶ μὴ ἐνδέχονται ἄλλως ἔχειν: *Horum principia non possunt se aliter habere. In hoc exemplo,* ἐνδέχονται *respondet nominatiuo præcedenti, tanquam verbum finitum.*

δεῖ,

## VI. REGVLA.

δεῖ, χρὴ, πρέπει, προσήκει, accusatiuum adsciscunt, & sequuntur ferè infinitiui, vt:

*Menander.* δεῖ σὲ γυναῖκας μέχρι ἂν ζῶσι, πονεῖν. *Genitos oportet, quoad vixerint, laborare.*

*Demosth. pro Ctesiph.* δεῖ σὲ ἀγαθὸς ἄνδρας φέρειν, ὅτι ἂν ὁ θεὸς διδῷ, γενναίως. *Decet viros bonos, quicquid Deus dederit, eleganter ferre.*

*Epichar.* σὲ μεταγνοεῖν, ἀλλὰ προνοεῖν χρὴ τὸν σοφὸν ἄνδρα. *Sapientem decet prouidentia, non pœnitentia.*

*Demosth.* χρὴ τὸ αὐτὸ φθέγγεσθαι τὸν ῥήτορα καὶ τὸν νόμον. *Decet oratorem & legem eandem vocem edere.*

*Isocr. ad Demon.* πρέπει σὲ παισὶ ὥσπερ τῆς οὐσίας, οὕτω καὶ τῆς φιλίας τῆς παλαιᾶς κληρονομεῖν. *Decet liberos, vt bonorum & fortunarum, sic & amicitiæ paternæ hæredes esse.*

*Placilla ad maritum Theodosium.*

ἀεί σε

ἀεί σε ὦ ἄνερ πρὸ πάντων λογίζεσθαι, τί μὲν ἦσθα πάλαι, τί δὲ γέγονας νῦν. πῶς γὰρ διηνεκῶς ἐνθυμούμενος, οὐκ ἔσῃ πρὸς τὸν εὐεργετοῦντα ἀχάριστος, ἀλλ' ὧν ἐδέξω βασιλείαν κυβερνήσεις ἐννόμως, καὶ τοῦτον θεραπεύσεις ὃς δεδώκοτα. *Semper tibi maxime cogitandum est, quis olim fueris, & qui nunc sis. Nam in horum crebra cogitatione erga benefactorem ingratus non es futurus, sed acceptum imperium legibus administrabis, & simul coles eum qui contulit.*

## *Appendix.*

*Sed quædam horum etiam cum Datiuo iuncta inuenies, vt:*

*Epictet.* ἄδηλον ἄλλο ἡγεμόνι πρέπει, ἢ τὸ μηδένα ὑπερφανεῖν, μηδὲ ἀθρύνεσθαι, ἀλλ' ἐξ ἴσου πᾶσιν προΐστασθαι. *Nihil est, quod magis eum, qui præest deceat, quàm vt neminem vel superbè contemnat, vel indecorè admiretur, sed ex æquo omnibus præsit.*

*Plato.* πρέπει μὲν τῷ τῶν μεγίστων προστατοῦν-

σωτῆνδι, μεγίσης φρονήσεως μετέχειν. *Decet eum, qui maximis rebus praeest, prudentia etiam maxima praeditum esse.*

*Demosth. Aristocrat.* νομίζω δὲ λέγειν τοσοῦτο ἀγαθὸν οὐ πεῖσαι, δι' ὃν τοῖς δικασταῖς πρόσεστι ἐπιορκῆσαι, καὶ παρ' ὃ φαίνεται δίκαιον εἶναι, τῶν ψήφων θέσθαι. *Non existimo vllum cuiusquam esse posse tantum beneficium, propter quem sit iudicibus iurisiurandi violanda religio, & aliter quàm iustum videatur, pronunciandum.*

*Sic* πρόσεστιν *nunc cum dativo nunc cum accusativo construitur, vt:*

*Isocrates in Plat.* πρόσεστιν ἡμῖν βελτίστοις ἁπάντων ἀνθρώπων εἶναι. *Conuenit & decet, vt omnium hominũ optimi simus.*

*Idẽ.* πρόσεστιν ἡμᾶς ὁμοίως ὑπὲρ κοινῶν, ὥσπερ τῶν ἰδίων μελεῖν. *Decet nos rerum communium, vt priuatorũ, curam agere.*

*Idem.* πρόσεστιν ἡμᾶς ζητεῖν τὸ τῇ πόλει συμφέρον. *Decuit nos quærere, quod vtile sit ciuitati.*

VII.

## VII. REGVLA.

Συμβαίνει nunc solum datiuum, nunc datiuum cum infinitiuo, nunc accusatiuum cum infinitiuo adsciscit: aliquando absolutè sine casu ponitur, vt:

Τοιαῦτα τῇ πόλει συνέβη. Talia vrbi acciderunt.

Demost. Concion. Exord. συμβαίνει τοῖς μὲν εὖ πράττουσι μήτε φοβεῖσθαι μηδέν, μήθ' ἅ τις ἂν λέγοι δείνα, προσήκειν αὐτοῖς ἡγεῖσθαι. Accidit vt fortunati neq; formident quicquam: neq; si quispiam pericula commemoret, ea ad se pertinere putent.

Συμβαίνει ἐν τοῖς πολέμοις ὡς τὰ πολλὰ κρατεῖν τὰς ἀρξαμένας, ἀλλὰ οὐ τοὺς ἀμυνομένους. Contingit plerunq;, vt in bellis superiores sint, non qui bellum intulerunt, sed qui necessaria defensione vtuntur.

Isocr. νυνὶ συμβέβηκε μηκέτι δεῖν πείθειν. Nunc in eo loco res sunt, vt suadere non sit necesse.

Μέλει

## VIII.

Μέλει *præter datiuum, vel nominatiuum, vel genitiuum, vel præpositionem cum ſuo caſu, vel coniunctionem cauſalem cum verbo adſciſcit, vt:*

*Pindarus.* οἰκεῖον πέζῃ, ἀλλότριον οὐδενὶ μέλῃ. *Proprium premit & affligit, alienum nemini curæ eſt.*

*Ariſt. 8. Ethi.* τῶν τέκνων τῷ πατρὶ μέλῃ. *Liberi patri curæ ſunt.*

*Demoſth in Midiana.* ὥσπερ τῇ νοινῇ βελτίσυ δλεῖ μέλῃν τοῖς ἄρχσι. *Magiſtratibus publica vtilitas curæ eſſe debet.*

*Ariſt. 4. Ethi.* μεγαλόψυχος ὅτε ἵνα ἐπαινῆτω, μελῃ αὐτῷ, οὔθ' ὅπως οἱ ἄλλοι ψέγωντω. *Magnanimus neq; vt ipſe laudetur, neq; vt alij vituperentur, curat.*

DE

# DE VERBALIBVS IN EON.

## I REGVLA.

VErbalia in έον, quæ alio nomine Aduerbia positionis vocantur, significantia necessitatem agendi, perinde ac Gerundia in Dum, datiuum vel accusatiuum adsciscunt, aliquando sine casu ponuntur, vt:

Ἰτέον ἐμοὶ. *Mihi eundum est.* ἰατέον τὴν νόσον. *Curandus est morbus.*

*Philon.* φίλον ἡγητέον, τ̃ βοηθεῖν καὶ ἀντωφελεῖν ἐθέλοντα, κἂν μὴ δύνῃ. *Amicus iudicandus est, qui iuuare & prodesse cupit, etiamsi non possit.*

*Idem.* εὐδαιμονιστέον μὲν καὶ πόλιν καὶ χώραν καὶ οἰκίαν, ὅταν ἔχῃ τινὰ σπουδαῖον. κακοδαιμονιστέον δὲ, ὅταν ἔρημος ἦ τοιούτων. *Felix iudicari debet & ciuitas, & regio,*

*& familia, cum virum aliquem virtute præstantem habet: Infelix autem, cum tali viro caret.*

*Euripi.* οἰστέον καὶ ἐλπιστέον. *Ferendum est & sperandum.*

*Aristo. 1. Ethi.* ἔχειν τὴν ἀρετὴν καὶ χρῆσθαι προσῆκτέον. *Enitendum est, vt non solum virtus adsit, sed vt ea etiam vtamur.*

## II.

*Sæpe casum suorum verborum adsciscunt, vt:*

*Gregori.* μνημονευτέον θεὸν μᾶλλον, ἢ ἀναπνευστέον. *Sæpius de Deo cogitandum est, quam spirandum.*

*Gregori. Thaumaturg.* εὐσεβείας ἐπὶ πᾶσι φροντιστέον, ἣν μητέρα φασὶ τ' ἀρετῶν, ὀρθῶς λέγοντες. αὕτη γὰρ ἐστὶν ἀρχὴ καὶ τελευτὴ πασῶν τῶν ἀρετῶν. *Præcipuam pietatis curam habere conuenit, quam non immerito virtutum parentem nominant. Hæc enim omnium virtutum principium & finis est.*

*Simoni.*

*Simonid.* νέοις ζηλωτέον τοὺς γέροντας. *Iuuenes debent imitari seniores.*

*Sophoc.* ἀνάγκη ἐχὶ δυσμαχητέον. *Cum necessitate non est pugnandum.*

*Demost. contra Leptin.* τοῖς μὲν ὑπάρχουσι νόμοις χρηστέον, καινὰς δ' εἰκῆ μὴ θετέον. *Latis legibus vtendum est: noua verò non temerè ferenda sunt.*

*Idem contra Aristocrat.* ἃ τὸ συμβαὶν σκεπτέον, ἀλλὰ τὴν τοῦ δεδρακότος διάνοιαν. *Non euentus, sed eius qui fecerit, animus est considerandus.*

*Virg. II. Aeneid.*

*Pacem Troiano ab rege petendum.*

*Ouid. Vtendum est ætate.*

## III.

*Verbalibus nonnunquam verbum substantiuum additur, vt:*

λεκτέον ἐστὶ. *legendum est.* γραπτέον ἐστὶ. *scribendum est.*

## IIII.

*Loco verbi substantiui* ἐστὶ *quan-*

doq; additur eius participium, maximè si præcedit verbum animi affectionem significans, vt:

οἶδα γραπτέον ὄν. Scio scribendum esse.

## V.

Attici vtuntur numero plurali pro singulari, vt:

γραπτέα ἐμοὶ, pro γραπτέον ἐμοί. Mihi scribendum est.

Sopho. τ̃ κρατούντων ἐσὶ πάντ' ἀνεκτέα. Magistratibus omnino obediendum est.

## VI.

Sæpè etiam verbalia more adiectiuorum efferuntur, vt:

Lucian. ἐχ ὁ τύραννος ἡμῖν αὐτὶ τ̃ θε̃ κολακευτέος. Tyrannus non est nobis loco Dei colendus.

Aristo. ὁ ἀγαθὸς μόνος τιμητέος. Solus bonus honore afficiendus est.

Basilius. ἡ μὲν ἀληθὴς φρόνησις, διάγνωσις

γνωσίς ἐστι τῶν τε ποιητέων, καὶ ἀ ποιητέων. *Vera prudentia discretio est rerum, quæ faciendæ sunt, & non faciendæ.*

## *Appendix.*

*Verbalium vim habent Infinitiui, addito verbo impersonali,* δεῖ, χρὴ, *aut simili, vt:*

*Demosth.* δεῖ σκοπεῖν μὲν ἀεὶ καὶ πράττειν τὰ δίκαια. *Semper spectanda & agenda sunt ea, quæ iusta sunt.*

*Idem.* ἀ χάριν μᾶλλον ἢ καθήκοντος δεῖ ποιεῖσθαι. *Non plus gratiæ, quàm officio tribuendum est.*

*Idem.* περὶ δόξης χρηστῆς μᾶλλον σπουδάζειν χρὴ, ἢ περὶ χρημάτων. *De bona existimatione magis laborandum est, quàm de pecunia & opibus.*

# DE PARTICIPIIS.

## PRIMA REGVLA.

VSVS Participiorum multo latius patet apud Græcos, quàm apud latinos. Quod enim latinè dicimus per Coniunctiuum, præcedente CVM, hoc illi plerunq; elegantius efferunt per Participium, vt:

*Isoc.* πρὸς τὸν πατέρα καὶ γράφων ἐπιστολήν. *Cum ad patrē tuum literas scriberē.*

II.

Sæpe casus nominis, casum participij trahit, contra Latinorum consuetudinem, vt:

*Demost.* τοῖς πλείστοις εἵμαρται μηδέποτ' εὖ πράττουσιν εὖ φρονῆσαι. *Plerisq; hominibus fatale est, nunquam in rebus secundis sapere.*

*Isocrat.* οὐδενὶ πώποτ' οὐδ' αἰσχρῶς οὐδ' ἀκλεῶς ἀπέβη, τοῦ ἱκέτας ἐλεήσαντι. *Nemini vnquam vitio datum est, supplicum misereri.*

*Basil.* φύσει ἀρρώστημα τοῦτο νέοις, κουφότητι γνώμης ἔχειν ἤδη νομίζουσι τὰ ἐλπισθέντα.

Iuue-

*Iuuenum naturale vitium hoc est, vt propter leuitatem consilij ea se habere iam arbitrentur, quæ spe concupiuerunt.*

*Appendix.*

*Hoc modo & participium verbi substantiui ὤν ab alijs casibus trahitur, vt:*

*Demost.* ἃ χρὴ τὰ ἐν τῇ πολιτείᾳ κοινὰ τοῖς ὁμολογουμένοις εἶναι φαύλοις ἐπιτρέπειν. *Reipublicæ negotia illis committenda non sunt, de quibus constat, quod mali sint.*

## III.

*Hæc Participia, ὤν, οῦσα, ὄν, ferè per Cum sit, vel Cum esset, exponũtur, vt:*

*Psal. 48.* ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὢν, οὐ συνῆκεν. *Homo, cũ in honore esset, non intellexit.*

*Nazian.* μὴ μισήσῃς σὸν ἀδελφὸν, ὑπὲρ οὗ ὁ Χριστὸς ἀπέθανε (καὶ πῶς δωρεάν) καὶ σὸς ἀδελφὸς ἐγένετο, θεὸς ὢν καὶ δεσπότης. *Ne oderis fratrem tuum, pro quo Christus mortuus est, idq; gratis: Et cum Deus ac dominus esset, tuus frater factus est.*

*Prouerb.* τέκτων γὰρ ὢν, οὐκ ἔπραττες ξυλουργικά. *Faber cum sis, non tamen tractas fabrilia.*

## III.

*Vt frequens & elegans vsus est participij* ὢν, *ita in versione latina sæpe non redditur, vt:*

*Xenophon.* τὸ ἁμαρτάνειν ἀνθρώπους ὄντας, οὐδὲν θαυμαστὸν. *Non mirum est, si homines peccent.*

*Eurip.* κούφως φέρειν χρὴ θνητὸν ὄντα συμφορὰς. *Homines decet calamitates leuiter ferre.*

*Xenophon.* ἅπαντα προσδοκᾶν δεῖ ἄνθρωπον ὄντα. *Homini omnia expectanda sunt.*

## IIII.

*Est & frequens vsus Participij accusatiui casus, præcedentis infinitiuum, vt:*

ἡρωϊκόν ἐστιν, εὖ ποιοῦντα κακῶς ἀκούειν. *Heroicum est, benefacientem malè audire.*

dire. seu Heroicum est, bene facere, & malè audire.

Demosth. de Rhodio Libert. ἐστὶν ἄτοπον τοῦ τῶν δικαίων ἑτέρους διδάσκειν, αὐτὸν δὲ δίκαια πεάττοντα. Absurdum est, eum de iure multa apud alios disserere, qui ea, quæ iusta sunt, ipse negligit.

Idem in Leptin. δεῖ μετριάζειν ἐν τοῖς εὐτυχήμασι, καὶ προορωμένους τὸ μέλλον φαίνεσθαι. Modus in rebus secundis seruandus est, & prouidendum quid accidere possit.

Hanc loquendi formam Cicero à Græcis aliquoties mutuatus est, vt:

Offici. 3. Quæ quidem contemnere et pro nihilo ducere, comparantem cum vtilitate communi, magni & excelsi animi est.

## V.

Sæpe participia pro verbis ponuntur, & resolui debent per δτι, vt:

*Plutar. Cæsare.* δεικνύουσιν ἀρουβηνοὶ ξιφάδιον πρὸς ἱερῷ κρεμάμενον, ὡς δὴ καίσαρος λάφυρον. ὁ θεασάμενος αὐτὸς ὕστερον ἐμεθδίασε, καὶ τῶν φίλων καθελεῖν κελευόντων, οὐκ εἴασεν, ἱερὸν ἡγούμενος. *Auerni suspensum in templo gladium monstrant, tanquam captum ex Cæsare spolium, quem is postea videns subrisit. Cumq; detrahere illum amici iuberent, nequaquam permisit, eò quod rem sacram existimaret.*

## VI.

*Nonnunquam participia commutanda sunt verbis, cum Etsi vel Etiamsi, vt:*

ἀνὴρ εὐεργέτης καὶ ἀγαθὸς ἐν ἀχαρίστοις ὑπάρχων, ὅμως οὐ διαστρέφεται. *Vir bonus & beneficus, etiamsi versetur inter ingratos, tamen non mutatur.*

## VII.

*Sæpè etiam participijs vtuntur Græci eo loco, quo Latini Gerundio vel ge-*

vel genitiui casus cum voce Causa seu Gratia, vel etiam datiui casus, vt:

*Chrysost.* συγχωρεῖ θεὸς, ἢ παιδεύων, ἢ δίκην ἀπαιτῶν, ἢ δοκιμωτέρους ποιῶν, ὡς τὴν Ἰώβ. *Permittit Deus (scil. vt Diabolus aliquid turbet interdum) vel erudiendi, vel puniendi, vel exercendi causa, sicut ostendit historia Iob.*

*Nazian.* πάντα φέρει φιλία, καὶ πάσχουσα καὶ ἀκούουσα. *Amicitia tum patiendo tum audiendo omnia tolerat.*

Δημοσθενης ἐρωτηθεὶς ὑπό τινος, πῶς τῆς ῥητορικῆς περιεγένετο, ἔφη, πλέον ἔλαιον οἴνου δαπανήσας. *Demosthenes à quodam interrogatus, quomodo esset illam dicendi facultatem consecutus, Plus, inquit, olei quàm vini consumendo.*

## VIII.

Participia nonnunquam resoluenda sunt per ἵνα, τελικῶς vt:

*Isocra ad Demo.* ὅρκον ἔπακτον προσδέχου διὰ δύο προφάσεις. ἢ σεαυτὸν αἰτίας αἰσχρὰς ἀπολύων, ἢ φίλους ἐκ κινδύνων

διασώ-

Δεσπόζων. *Cum iurare cogeris, ob duas tantum causas id facere debes: aut vt te crimine turpi liberes, aut vt amicos à periculis conserues.*

*Plutar. in Apoph.* Μέμνων μισθοφόρον τινὰ πολλὰ βλάσφημα περὶ Ἀλεξάνδρου λέγοντα, τῇ λόγχῃ παίσας, ἐγώ σε, εἶπε, τρέφω μαχόμενον, ἀλλ' ὁ λοιδορούμενον Ἀλεξάνδρῳ. *Memnon militem quendam multa maledicta in Alexandrum dicentem, hasta percussit, inquiens, Ego te alo, vt pugnes cum Alexandro, non vt ei maledicas.*

## IX.

*Aliquando per ἔαν reddenda sunt, vt:*

*Democrit.* ὁ μὴ διδοὺς δεομένῳ, οὐδὲ αὐτὸς λήψεται δεόμενος. *Qui non dat indigenti, nec ipse accipiet cũ indigebit.*

*Periander.* δυσυχῶν κρύπτε, ἵνα μὴ σοὶ ἐχθροὶ εὐφραίνῃς. *Cum tibi aliquid aduersi accidit, tegas idipsum, ne inimicos tuos gaudio afficias.*

Chry-

*Chryſoſt.* εἰπέ μοι, πῶς ὄψῃ τὸν ἥλιον, μὴ προσκυνήσας τὸν πέμψαντα τοῖς σοῖς ὀφθαλμοῖς γλυκύτατον φῶς; πῶς ἀπολαύσῃς τραπέζης, μὴ προσκυνήσας τὸν τοσούτων ἀγαθῶν δοτῆρα; *Dic mihi, qua fronte aſpicies ſolem, ſi non adoraſti illum, qui oculis tuis dulciſſimam lucem indidit? qua fronte capies cibum, ſi non adoraſti tantorum bonorum datorem?*

## X.

*Participia aliquando vim cauſarum efficientium, vel ætiologiæ habent, vt:*

*Chryſoſto.* καὶ μὴ σφόδρα τῆς ἀξίας, μὴ ἀποχίνωσαι, ἔχων μέγαν συνήγορον τὸν δικάζοντα. *Non ſis abiecto animo propter indignitatem tuam, cum habeas magnum patronum, ipſius iudicis autorem.*

*Demoſt.* πάντα δὴ ταῦτα δεῖ συνιδόντας ἅπαντας βοηθεῖν. *Hæc igitur omnia cum ſciatis, omnes debetis ferre auxilium.*

Parti-

## IX.

*Participia imitantur verborum suorum constructionem, vt:*

*Chrysost.* οὐκ ἔστι πένης ὁ μηδὲν ἔχων, ἀλλ' ὁ πολλῶν ἐπιθυμῶν. οὐκ ἔστι πλούσιος ὁ πολλὰ κεκτημένος, ἀλλ' ὁ μὴ πολλῶν δεόμενος. *Non pauper est, qui nihil habet, sed qui multa desiderat. Non diues est, qui multa possidet, sed qui non multis indiget.*

*Socrates.* ὁ ἐλαχίστοις ἀρκούμενος, πλουσιώτερος. *Ditissimus est, qui paucis contentus est.*

*Isocr.* οἱ τῶν μικρῶν μὴ ἀπεχόμενοι, δῆλον ὅτι οὐδὲ τῶν μεγάλων ἀφέξονται. *Qui à paruis non abstinent, illi nimirum ne à magnis quidem sibi temperabunt.*

*Demost. in Aristocr.* πολλοὶ πολλάκις μειζόνων ἐπιθυμοῦντες, τὰ παρόντ' ἀπώλεσαν. *Multi sæpè maiora appetentes, præsentia amiserunt.*

*Idem De falsa Legat.* ὁ μηδὲν αὐτῷ σωφρόνως δόξων, εἰ σιγῴη, πονηρῶν καὶ δεινῶν ἔρ-

νῶν ἔργων δόξῃ κοινωνεῖν τῇ σιωπῇσῃ. *Qui nullius culpæ sibi conscius est, is si tacet, facinorum & scelerum socius fuisse videtur.*

*Plato.* πᾶσα ἐπιστήμη χωριζομένη εὐσεβείας καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς, πανουργία, ἀλλ' οὐ σοφία φαίνεται. *Omnis scientia, nisi cum pietate & virtute coniuncta sit, versutia, non sapientia æstimari debet.*

*Ibidem.* οἱ συκοφάνται τὰς ὑπ' ἄλλων εἰρημένας λόγους ἐπὶ τὸ χεῖρον διεξέρχονται. *Calumniatores habitas ab aliis narrationes, malè narrando deprauant.*

## XII.

*Redduntur etiam participia per verbum & relatiuum, vt:*

*Dion.* ῥᾴον τις μιμεῖται τὰ κρείττω ὁρῶν ἔργῳ γινόμενα, ἢ φυλάττεται τὰ χείρω, ἀκούων λόγῳ κωλυόμενα. *Facilius quis optima imitatur, quæ videt opere fieri, quàm cauet pessima, quæ audit verbo vetari.*

*Duo ge-*

## XIII.

*Duo genitiui coniunguntur designantes consequentiam, quorum alter nominis vel pronominis, alter participij, vt:*

*Nilus.* πάντων σε πραγμάτων καλ δυοδεκμήνων, ἐκδέχε μεταβολήν. *Cum omnia tibi prospere succedunt, expectes mutationem.*

*Nazianzenus.*

θεοῦ διδόντος, μηδὲν ἰσχύϊ φθόνος,
καὶ μὴ διδόντος, μηδὲν ἰσχύϊ πόνος.
*Deo dante, nihil valet inuidia:*
*Et Deo non dante, nihil valet labor.*

*Agesilaus.* ἀνδρίας ἐδὲν ὄφελος, μὴ παρόντος δικαιοσύνης. *Nullus est fortitudinis vsus, absente iusticia.*

*Iustinus Martyr. pag. 248.* ὥσπερ χωριζομένης τῆς ψυχῆς ἀπὸ σώματος, νεκρὸν τὸ σῶμα καὶ δυσῶδες, καὶ ἀκάθαρτον· ὥτω χωριζομένου τοῦ φόβου ἀπὸ θεοῦ τῆς ψυχῆς, νεκρὰ ὑπάρχει ἡ ψυχὴ καὶ δυσώδης καὶ ἀκάθαρτος. *Sicut separata anima à corpore, seu post sepa-*

*separationem animæ à corpore, cadauer est fœtidum & impurum: Sic anima priuata timore Dei, mortua est, & fœtida atq; immunda.*

*Arist. 1. Eth.* ἀμφοῖν ὄντοιν φίλοιν, ὅσιον προτιμᾶν τὴν ἀλήθειαν. *Etsi uterq; (& præceptor & veritas) amicus est: tamen iustum est veritatem anteferri.*

## I. Appendix.

*De Periphrasi genitiuorum consequentiam significantium, vide suprà Appendicem in Gerundijs.*

## II.

*Ad hanc constructionem quidam referunt phrases Græcas,* μικροῦ δεῖν, ὀλίγου δεῖν, *vt pro* μικροῦ *vel* ὀλίγου δεήσαι *& ponantur.*

*Demost.* τὸ τὰς ἰδίας εὐεργεσίας ὑπομιμνήσκειν καὶ λέγειν, μικροῦ δεῖν ὅμοιόν ἐστι τῷ ὀνειδίζειν. *Commemorare & dicere, quæ alijs benefeceris, parum abest ab exprobrando.*

Οὕτω τὰ περὶ τοὺς πολέμους ἀτυχοῦσιν οἱ χριστιανοὶ, ὥστε ὀλίγου δεῖν καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν τεμνομένην ὑπὸ τῶν Τούρκων καὶ πορθουμένην τὴν χώραν περιορῶεν. *Tam infelices sunt Christiani in bello, vt parum absit, quin quotannis aliquid de sua regione à Turcis auelli & deuastari videant.*

*Inuenitur & μικροῦ simpliciter hoc modo vsurpatum.*

## XIIII.

*Participium pro infinitiuo ponitur, si addatur verbis perseuerandi, desistendi, inueniendi, & significantibus animi affectionem, vt:*

ἀγαπῶν με διατέλει. *Perseuerat me diligere. pro* ἀγαπᾶν.

*Sopho. Oedip. Tyran.* θεὸν οὐ λήξω προστάτην ἔχων. *Non desinam Deum habere patronum & defensorem.*

*Chryso.* οὐ παύεται λογισμοὺς ἡ διανοία τίκτουσα, σὺ δὲ τοὺς μὲν φαύλους ἔκτιλλε, τοὺς δ' ἀγα-

δ' ἀγαθοὺς γεώργει. *Mens non cessat parere cogitationes, tu autem malas euelle, bonas verò exerce.*

*Demosth. Philip. 3.* τοῦτο τὸ λυμαινόμενον πάνθ' εὑρήσομεν, καὶ ταύτην τὴν ἀρχὴν οὖσαν πάντων τῶν κακῶν, τὸ μὴ θέλειν τὰ μὴ δίκαια πράττειν ἁπλῶς. *Hac re labefactari omnia inueniemus, & hoc principium esse malorum omnium, quod homines nolunt simpliciter illa agere, quæ iusta sunt.*

*Plutar.* εἴ τις ἐπὶ τῇ τοῦ σώματος ῥώμῃ φρονεῖ, μαθέτω γνώμης διαμαρτάνων. *Qui propter robur corporis insolenter se effert, is sciat se à sententia multum aberrare.*

*Isocr. ad Demo.* μάλιστα δ' ἂν εὐδοκιμοῖς, εἰ φαίνοιο ταῦτα μὴ πράττων, ἃ τοῖς ἄλλοις ἂν πράττουσιν ἐπιτιμώης. *Magnifies, si ipse non cõmiseris, quæ in alijs reprehẽdis.*

*Demost. Midian.* τίς οὐκ οἶδε, τοῦ μὲν πολλὰ κακὰ γίγνεσθαι, τὸ μὴ κολάζεσθαι τοὺς ἐξαμαρτάνοντας αἴτιον ὄν; *Quis ignorat, quòd multa mala fiãt, impunitatẽ in causa esse.*

Nazian.

Εἰ οἶδας ὄφλων, ἐς πρόχρησον τὸ πρᾷον.
Οἴκτῳ γὰρ οἶκτος καὶ θεῷ σταθμίζεται.
*Si debere te scis, benignus sis prior,*
*Bonitati enim bonitas rependitur à Deo.*

Μέμνησο ἄνθρωπος ὢν. *Memento te esse hominem. Hanc admonitionem subiecit Simonides Pausaniæ exultanti propter recentem victoriam, cum nihil usitatius sit, quam obliuisci humanæ fragilitatis & imbecillitatis.*

*Pertinent autem ad hanc regulam sequentia verba:* διατελέω, λήγω, μανθάνω, εὑρήσκω, φαίνομαι, παύομαι, μέμνημαι, ὁράω, περιοράω, διαγίνομαι, συνίημι, ἁλίσκομαι, μνημονεύω, γινώσκω, εἴδω, παριείδω, περιείδω, πυνθάνομαι, ἐγκαταλαμβάνω, ἀγνοέω, ἀγγέλλομαι, ἐλέγχομαι, ἐξελέγχομαι, λανθάνω, ὄπτομαι, αἰσχύνομαι, δείκνυμι, ἐπιδείκνυμι, δοκέω, ἀγαπάω, αἰσθάνομαι, διαμένω, ἴσημι, διαλείπω, ἐλλείπω, & *similia.*

I. Ap-

I. Appendix.

Sed quædam horum nonnunquam etiam infinitiuo iuncta inuenies.

II.

Nomina etiam à verbis, quæ indicauimus, deriuata, loco infinitiui participium adsciscunt, vt:

οἱ φαῦλοι οὐχ ἡγοῦνται φανεροὶ γενήσεσθαι παρανομοῦντες καὶ πανουργοῦντες. Mali non putant sua scelera & technas nota fore.

Lycurg. cont. Leocrat. οἱ ἀγαθοὶ καταφανῆ ποιοῦσι τὴν ἀνδρείαν τοῦ πλούτου, καὶ τὴν ἀρετὴν τοῦ πλήθους περιγιγνομένην. Boni ostendunt firmiora præsidia esse fortitudinem & virtutem, quàm opes & multitudinem.

XV.

Omnium temporum participijs hæc verba substantiua, εἰμὶ, τυγχάνω, ὑπάρχω, componuntur, vbi sciendum est.

verbum ſubſtantiuum participio additum, idem ſignificare quod ſimplex, vt:

ἐγώ εἰμι γράφων, pro ἐγὼ γράφω, ego ſcribo. ἐγώ εἰμι γεγραφὼς, pro ἐγὼ γέγραφα, ego ſcripſi. ἐὰν τύχῃ γεγραφὼς, ſi ſcripſerit. ἐὰν ἠδικὼς τυγχάνῃ. Si iniuſte egerit.

Sopho. χάρις χάριν γὰρ ἐστὶν ἡ τίκτουσ' ἀεὶ. Beneficium ſemper parit beneficium. ἐστὶν τίκτουσα, pro τίκτει.

Plato. οὐ παράγεται ὁ θεὸς ὑπὸ δώρων, ὡς τοκίστης, ἀλλ' ὑποβλέπει πρὸς τὴν ψυχὴν, ἐάν τις ὅσιος καὶ δίκαιος ὢν τυγχάνῃ. Non flectitur Deus muneribus, ſicut fœnerator: ſed animum intuetur, an is iuſtus & ſanctus ſit.

## XV.

Dignus eſt & obſeruatione vſus Participiorum καλούμενος, ὀνομαζόμενος, λεγόμενος, & ſimilium, apud Græcos, vt:

Iſocr.

*Isocr.* ἔκλεγε τῶν προεχόντων ποιητῶν τὰς καλουμένας γνώμας. *Ex præstantibus poëtis selige quas vocant gnomas.*

*Demost.* οὓς πονηροτάτους καὶ τὰς ἐξαγίστους ὀνομαζομένους εἴτε πόνοις καὶ συμφοραῖς σωφρονίζουσι. *Improbissimos & quos deploratos nominant, pœna & calamitates modestiores & sapientiores reddunt.*

# DE PRONOMINE

## I. REGVLA.

VTuntur Græci genitiuis pronominum primitiuorum pro possessiuis, sicut supra in prima regula de syntaxi nominum dictum est.

## II.

Tertiæ personæ possessiua, sola non copulantur cum diuersa persona, sine altera voce, possessorem significante.

*Nam Solœcismus esset, si quis diceret,* ὁ σφέτερος παῖς φιλεῖ με. *Sed dicendum est,* ὁ σφέτερος αὐτῶν παῖς φιλεῖ με. *Ipsorum filius amat me.*

*Potest etiam sine possessiuo efferri, vt:* ὁ παῖς αὐτῶν φιλεῖ με.

*In Reciprocatione verò potest possessiuum tertiæ personæ solum poni, vt:*

δέονταί σου τοῖς σφετέροις ἐπικουρῆσαι. *Rogant te, vt suis præbeas auxilium.*

## III.

*Demonstratiua pronomina aliquando dissimulantur, vt:*

*Basilius.* ὧν σπανία ἡ κτῆσις, περισπούδαστος ἡ ἀπόλαυσις. *Quorum rarior possessio est, illorum iucundior est vsus & perceptio.*

*Democrit.* ὃν πάντες φοβοῦνται, πάντας φοβεῖται. *Quem omnes metuunt, ille omnes metuit.*

## DE PRONOMINE ΑΥΤΟΣ

*Regu-*

## REGVLA.

Relatiuum αὐτὸς postponitur pronominibus primitiuis cuiuscunq; personæ, emphasis causa, vt:

ἐμὲ αὐτὸν ἀκούω. Me ipsum audio. σὲ αὐτὸν ἀκούω. Te ipsum audio. ἐκεῖνος αὐτὸς ὁμολογεῖ. Ille ipse confitetur.

Luc. 2. σοῦ δ' αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία. Tuam autem ipsius animam pertransibit gladius.

Cicero pro Murena. De tuo ipsius studio coniecturam ceperis.

## Appendix.

Relatiuum αὐτὸς αὐτὴ, αὐτὸ, cum datiuo iunctum, similitudinem vel collationem significat, vt:

οὐκ αὐτὸ τοῖς ἄλλοις καταγνόω. Non idem quod alij sentio:

Potest etiam subintelligi præpositio σὺν.

*Demoſt. Ariſtogit.* ὁ τῶν αὐτῶν ἅτε λόγων, ἅτ' ἔργων ἐστὶν ἡ νεότης τῷ γήρᾳ. *Non eadem eſt adoleſcentiæ vel oratio vel actio, quæ ſenectutis.*

*Ariſtot. Eth. 8.* εἰς ταὐτὸ τείνειν ἔνιοι τὴν εὐτυχίαν τῇ εὐδαιμονίᾳ. *Quidam felicitatem idem eſſe putant, quod ſecundam fortunam.*

*Horat.*

*Inuitum qui ſeruat, idem facit occidenti.* id eſt, ἀέκοντα ὁ σώζων, ταὐτὸ ποιεῖ τῷ ἀποκτείνοντι.

# DE COMPOSITIS pronominibus.

## I REGVLA.

*Pronomina compoſita dupliciter conſtruuntur, aliàs diuiſim, aliàs compoſitè, idq; in prima & ſecunda perſona, numero ſingulari tantum: & in tertia plurali tantum.*

Compe-

*Compositè dicta accipiuntur absolutè. Diuisim posita ponuntur emphasis aut discretionis causa, vt:*

παιδεύω ἐμαυτῦ παῖδα, *vel* παιδεύω ἐμὲ αὐτὸ παῖδα, *Erudio meum filium.* σαυτῷ κεχαρισμένα ποιῶ, *vel* σοὶ αὐτῷ κεχαρισμένα ποιῶ, *Tibi ipsi grata facio. Et sic in alijs casibus.*

*In tertia persona coniunctim dicimus* ἑαυτῶν, ἑαυτοῖς, ἑαυτὸς: *vel per Aphæresin,* αὐτῶν, αὐτοῖς, αὐτοὺς.

*Et diuisim* σφῶν αὐτῶν, σφίσιν αὐτοῖς, σφᾶς αὐτὸς.

## II.

*Hi genitiui* ἐμαυῦ *&* σαυῦ *vel* σεαυῦ, *pro Pronominibus Possessiuis Meus & Tuus, omnium generum nominibus & casibus, in vtroq; numero apponuntur, cũ manetur in eadem persona, vt:*

*Isocr.*

*Isocr. in Nicocl.* παράδειγμα καταστῆσαι τὸν τρόπον τὸν ἐμαυτοῦ τοῖς ἄλλοις βούλομαι. *Meos mores alijs (subditis meis) tanquam exemplum ad imitandum proponere volo.*

*Idem de Pace.* αἰσχυνθείην ἂν, εἰ φανείην μᾶλλον τῆς ἐμαυτοῦ δόξης φροντίζων, ἢ τῆς κοινῆς σωτηρίας. *Puderet me, si propriam gloriam mihi maiori curæ esse, quàm publicam salutem, ostenderem.*

*Idem ad Nicocl.* τὴν σαυτοῦ φρόνησιν παράδειγμα τοῖς ἄλλοις καθίστη. *Tuam sapientiam alijs hominibus exemplum proponas.*

*Idem ad Philip.* τῆς πατρίδος δίκαιον τοσαύτην σὲ ποιεῖσθαι πρόνοιαν, ὅσην περ τῶν γονέων τῶν σαυτοῦ. *Patria non minus tibi curæ esse debet, quàm parentes tui.*

## I. Appendix.

*Hæc autem,* τὰ ἐμαυτοῦ, & τὰ σεαυτοῦ, *dicuntur defectiuè: subintelligitur enim nomen* πράγματα, *vel participium verbi substantiui* εἰμὶ *vt:*

*Demost.*

*Demosth.* ἐγὼ τὰ δίκαια πράττων τὰμαυτῆ βελτίω ποιεῖν πειράσομαι. *Ego mea bona iustis rationibus augere studebo.*

*Isoc.* πάντων εἶλον δυσχερέστατος, εἰ μηδὲν τῶν ἐμαυτῆ εἰς τὸ κοινὸν δαπανήσαιμι. *Omnium essem infelicissimus, si nihil mearum rerum aut donorum in commune conferrem.*

*Idem.* ὑπὲρ τῶν σεαυτῆ συμβούλευε τοῖς ὑπὲρ τῶν αὑτῆ καλῶς διοικήσουσι. *De tuis rebus illos consulas, qui sua negotia rectè administrare solent.*

## II.

*Loco possessiui pronominis* σαυτῆ, *etiam* ἑαυτοῦ *vsurpatur, sicut infra ostenditur.*

## II. REGVLA.

*Eodem modo primæ & secundæ personæ compositis pronominibus vtuntur Græci, in eadem persona manentes, vt:*

*Plato*

*Plato in Phædro.* οὐ δυνάμην πω τὸ κατὰ Δελφικὸν γράμμα γνῶναι ἐμαυτόν. *Nondum possum meipsum, iuxta Delphicam inscriptionem, cognoscere.*

γνῶθι σεαυτόν. *Nosce teipsum.*

*Menander.* ὑπὲρ σεαυτὸ μὴ φέρε σης ἐγκώμιον. *De teipso non recites encomium.*

## III.

*Quia composita primæ & secundæ personæ efferuntur tantum singulariter, ideo tam in duali, quàm plurali ponunt simplicia cum relatiuis, cum in eadem manetur persona, vt:*

*Plutar.* θνήσκοντες ἐθέλειν τῶν τυχηρῶν ἀγαθῶν δυνάμεθα ἀπενέγκασθαι μεθ' ἡμῶν αὐτῶν. *Cum morimur, nihil possumus nobiscum ex fortunæ bonis auferre.*

*Eodem modo dicitur,* ἡμῖν αὐτοῖς, ἡμᾶς αὐτὲς. *Et* ὑμῶν αὐτῶν, ὑμῖν αὐτοῖς, ὑμᾶς αὐτὲς. *&c.*

## IIII.

Sic

Sic cum in eadem persona manetur, possessiuis pronominibus ἡμέτερος & ὑμέτερος, genitiuus pluralis αὐτῶν additur, vt:

*Aeschin.* διδασκάλοις σώφροσι καὶ φιλοπόνοις παρακατατιθώμεθα τοὺς ἡμετέρους αὐτῶν παῖδάς. *Præceptoribus temperantibus et industrijs liberos nostros cõmittam.*

*Isocr. in Nicoc.* διδάσκετε τοὺς παῖδας τοὺς ὑμετέρους αὐτῶν βασιλεύεσθαι. ἐὰν γὰρ ἄρχεσθαι μάθωσι, πολλῷ μᾶλλον ἄρχειν δυνήσονται. *Docete liberos vestros regibus & magistratibus obtemperare. Nam vbi regi didicerint, facilè etiam alijs poterint imperare.*

*Demosth.* τῶν ἀλλοτρίων ἀμελοῦντες, τὰ ἡμέτερα αὐτῶν πράττωμεν. *Aliena omittentes, nostrum negotium agamus.*

## Appendix.

Sed loco possessiui pronominis & genitiui αὐτῶν, inuenies etiam solum genitiuum ἑαυτῶν vsurpari, vt:

ἔξετα

ἐξεταζόντων τινων εἰ ὁ κόσμος ἔμψυχος, καὶ αὖθις εἰ σφαιροειδὴς· ὑμεῖς, εἶπε Δήμοναξ, περὶ μὲν κόσμου πολυπραγμονεῖτε, περὶ δὲ τῶν ἑαυτῶν ἀκοσμίας οὐ φροντίζετε. *Cum quidam curiosè inquirerent, an mundus esset animatus: & rursus, an globosus: Vos inquit Demonax, de mundo soliciti estis, sed vestram ipsorum immundiciem non curatis.*

## V.

*Cum verò transitur ad diuersam personam, vtuntur primitiuo pronomine: nec possessiuis pronominibus αὐτῶν additur, vt:*

*Matth. 5.* αἰτοῦντί σε δίδου, καὶ τὸν θέλοντα ἀπὸ σοῦ δανείσασθαι, μὴ ἀποστραφῇς. *Petenti abs te dato, & cupientem à te mutuum accipere, ne auerseris.*

*Matth. 11.* δεῦτε πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες, καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς. *Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos.*

*Demost.*

*Demoſt.* ἡ ἡμετέρα εὐσέβεια γίνεται τῇ πόλει εἰς λέον. *Noſtra Pietas vtilitatem adfert ciuitati.*

## VI.

*Si fit reflexio à poſſeſſo in poſſeſſorem: Item ſi fit reflexio non in ſe, neq; in ſuam poſſeſſionem, ſed in aliud adiunctum, vtuntur ſimplicibus, & non compoſitis, vt:*

πατέρα τιμᾷ ὁ αὐτοῦ υἱός. *Patrem honorat ſuus filius. Non* ἑαυτοῦ υἱός, *niſi forte more Attico compoſitum pro ſimplici accipiatur,* ἑαυτοῦ *pro* αὐτοῦ.

*Sic,* θέλει διδάσκαλός με ἔρχεσθαι πρὸς αὐτὸν, *Non* ἑαυτὸν. *vult præceptor, vt ad ſe veniam.*

## VII.

*Græci vtuntur pronomine* ἑαυτοῦ *in omni perſona, vt:*

Ἑαυτοὺς ἀγαπῶμεν, *Nos ipſos diligimus.* ἑαυτοὺς ἀγαπᾶτε, *vos ipſos diligitis.* ἑαυτοὺς ἀγαπῶσι, *Seipſos diligunt.*

*Basilius.* πείσωμεν ἑαυτὸς ἀδελφοὶ ἐν ἡμέρᾳ πειρασμοῦ, μὴ πρὸς ἀνθρωπίνας ἐλπίδας ἀποτρέχειν, μηδὲ ἐκεῖθεν ἑαυτοῖς τὰς βοηθείας ἀναζητεῖν· ἀλλ' ἐν δάκρυσι καὶ στεναγμοῖς καὶ φιλοπονίᾳ προσευχῆς τὰς δεήσεις ποιεῖσθαι. *Assuefaciamus nos fratres, vt quoties tentamur, non ad humanas spes confugiamus, nec inde nobis auxilium petamus, sed effusis lachrymis & gemitibus, & assiduis votis Deo preces adhibeamus.*

*Chrysost.* προσευχόμενοι μὲν, ῥᾳδίως καὶ τὸν διάβολον κρατήσομεν, ῥᾳθυμοῦντες δὲ, καθ' ἑαυτῶν ἀσκήσομεν τὸν πονηρόν. *Si orauerimus, facilè Diabolum vincemus: Si autem cessauerimus, sceleratum illum contra nos instruemus.*

*Iohan. 12.* τὸς πτωχὸς πάντοτε ἔχετε μεθ' ἑαυτῶν, ἐμὲ δὲ οὐ πάντοτε ἔχετε. *Pauperes semper habetis vobiscum, me autem non semper habetis.*

*Et in numero singulari, vt:*

*Iohan. 18.* σὺ ἀφ' ἑαυτοῦ τοῦτο λέγεις, ἢ ἄλλοι σοι εἶπον περὶ ἐμοῦ; *Tu à te ipso hoc dicis, an alius tibi dixit de me?*

*Appen-*

*Appendix.*

*Vsurpatur etiam in genitiuo singulari, pro pronomine possessiuo Tuus, Et in genitiuo plurali pro Vester, vt:*

*Isocr. ad Nicoc.* ἃ τοῖς παῖσι τοῖς ἑαυτῶν οὐ συμβελεύσῃ, τούτοις αὐτὸς ἐμμένειν ἀξίου. *Quæ tu tuis liberis suaseris, eadem et tibi seruanda & facienda esse putato.*

*Philip. 2.* μετὰ φόβου καὶ τρόμου τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν κατεργάζεσθε. *Cum timore & tremore salutem vestram operemini.*

*Et in genere fœminino, vt:*

*Xenophon. 2.* Ἀπομνη. οὕτω παιδεύεις καὶ σὺ ἑαυτῆς φίλους. *Sic instituis tuos amicos. Sunt verba virtutis ad voluptatem.*

## DE RECIPROCIS.

*Exempla de Sui.*

φιλεῖ ἑαυτὸν πλεῖον οὐδεὶς οὐδένα.
*Nemo seipso amat quenquam magis.*

*Ariſt. 7. Morali. Eudæm.* μάλιστα ἕκαστος αὐτὸς αὑτῷ φίλος. *Vnuſquiſq; ſibi potiſſimum amicus eſt.*

*Idem. Eth. 8.* ὁ μὲν τύραννος τὸ ἑαυτῷ σύμφερον σκοπεῖ, ὁ δὲ βασιλεὺς τὸ τῶν ἀρχομένων. *Tyrannus ſuam vtilitatem ſpectat, rex verò ſubditorum.*

*Demoſth. 3. Olynth.* ἀνόητον, εἰς πρᾶξιν κακὴν ἑαυτὸν ἐμβαλεῖν. *Stultitiæ eſt, ſemetipſum in euidẽs periculũ conijcere.*

*Chryſoſt.* ὥσπερ τὸ σῶμα τὸ ἡμέτερον, ψυχῆς μὴ παρούσης, νεκρόν ἐστι καὶ δυσῶδες. οὕτω ψυχῆς μὴ κινούσης ἑαυτὴν εἰς προσευχὴν, νεκρά ἐστι καὶ ἀθλία καὶ δυσώδης. *Sicut corpus noſtrũ, abſente anima, mortuũ eſt & fœtidum: Ita anima non excitans ſe ad precationem, mortua, miſera et fœtida eſt.*

*Iſocr. Nicoc.* χρὴ τοὺς μεγαφρονοῦντας διὰ δικαιοσύνην τὰς ὑπερβολὰς εἰπεῖν περὶ ἑαυτῶν. *Neceſſe eſt vt illi, qui propter ſuam iuſticiam arroganter de ſe ſentiunt, eximia de ſe prædicent.*

*Demoſth.* οἱ πλεῖστοι τῶν ἀνθρώπων ἄμεινον

μᾶλλον βελεύονται ὑπὲρ τῶν ἄλλων, ἢ σφῶν αὐτῶν. *Plerique homines aliis melius consulunt, quàm sibiipsis.*

*Arist. Eth. 8.* οἱ φιλοῦσι διὰ τὸ αὐτοῖς ἀγαθὸν φιλεῖσθαι. *Plerique ob id quod sibi bonum est, alios amant.*

*Isocr.* πολλοὶ μὲν σφίσιν αὐτοῖς πολεμοῦσι. *Multi sibiipsis bellum inferunt.*

τοῖς μωροῖς ἔθος ἐστὶ σφᾶς αὐτοὺς ἐγκωμιάζειν. *Fatuis usitatum est seipsos laudare.*

*Demosth. contra Ctesiph.* τοῦτο φύσει πᾶσιν ἀνθρώποις ὑπάρχει, τῶν μὲν λοιδοριῶν καὶ τῶν κατηγοριῶν ἀκούειν ἡδέως· τοῖς ἐπαινοῦσι δ' ἑαυτοὺς ἄχθεσθαι. *Id omnibus natura insitum atque innatum est, ut cum voluptate reprehensiones & accusationes audiant, succenseant autem illis, qui seipsos laudant.*

## Suus, Sua, Suum.

### I. REGVLA.

*Græci exprimentes Reciprocum Suus, Sua, Suum, in singulari numero*

*ferè vtuntur genitiuo* ἑαυτῦ *vel* αὐτῦ: *In plurali verò* ἑαυτῶν *vel* αὐτῶν, *per omnia genera & casus, vt:*

*Iohan. 3.* οὕτως ἠγάπησεν ὁ θεὸς τὸν κόσμον, ὥστε τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ ἔδωκεν. *Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret.*

*Chrysost.* τοσούτῳ τιμᾷ ὁ θεὸς ἀνθρώπους χαρίζεται, ὡς καὶ προσευχῆς ἀξιῶσαι καὶ ὁμιλίας τῆς ἑαυτοῦ. *Tantum honorem Deus hominibus tribuit, vt etiam eos precatione & colloquio suo dignos iudicet.*

*Isocr. Nicocl.* φιλεῖ τὸ πλῆθος ἐν τούτοις τοῖς ἐπιτηδεύμασι τὸν βίον διάγειν, ἐν οἷς ἂν σοῦ ἄρχοντας σοῦ ἑαυτῶν ὁρῶσι διατρίβοντας. *Solet vulgus in ijs studijs viuere, quibus magistratus suos videt esse deditos.*

## I. Appendix.

*Illud autem,* τὰ ἑαυτῶν, *dicitur* ἐλλιπτικῶς, *quia subintelligitur* πράγματα, *vel* ὄντα, *vt:*

*Demosth.*

*Demosth. Halonesi.* παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις ὁμολογεῖται δίκαιον εἶναι, ἑκάστους τὰ ἑαυτῶν ἔχειν. *Totius humani generis consensu iustum & æquum est, quenq; sua tenere.*

*Philip. 2.* πάντες τὰ ἑαυτῶν ζητοῦσιν, οὐ τὰ Χριστοῦ Ἰησοῦ. *Omnes sua ipsorum quærunt, non quæ sunt Christi Iesu.*

## II.

*Genitiuo pronominis nonnunquam adiectiuum* ἴδιος *additur, vt:*

*Demosth. contra Cresiph.* οἱ πλούσιοι τὴν πολίτειαν οὐ κοινὴν, ἀλλ' ἰδίαν αὑτῶν ἡγοῦνται εἶναι. *Diuites Rempublicam non communem, sed priuatim suam esse existimant.*

## III.

*Loco genitiui pluralis* ἑαυτῶν *vel* αὐτῶν, *inuenies etiam* σφέτερος *cum genitiuo plurali relatiui* αὐτῶν *vsurpari, vt:*

*Isocr. in Panath.* αἱ μὲν ἀρεταὶ τὰς σφετέρας αὐτῶν φύσεις εὐεργετοῦσιν, ἀλλ' οἷς παραγενόμεναι παραμένωσιν, εὐδαίμονας καὶ μακαρίους ποιοῦσιν. *Virtus non sibi ipsi prodest, sed eos beatos reddit, in quibus constanter inest.*

*Idem.* πολλοὶ δ' ἀμελοῦντες τῶν σφετέρων αὐτῶν διοικῆσαι, βέλονται τοῖς ἄλλοις συμβουλεύειν. *Multi qui propria rectè administrare non possunt, volunt alijs consilium dare.*

*Additur & hîc ἴδιος aliquando vt:*

*Isocr. De Permutat.* πάλαι ἠσχύνοντο μᾶλλον ἐπὶ τοῖς κοινοῖς ἁμαρτήμασιν, ἢ νυνὶ ἐπὶ τοῖς ἰδίοις τοῖς σφετέροις αὐτῶν. *Olim magis erubescebãt homines, si quid publicè delictum esset, quàm nunc priuatim peccasse pudet.*

*Et sine σφέτερος, vt:*

*Isocr.* πολλοὶ μᾶλλον χαίρουσιν ἐπὶ τοῖς ἄλλων κακοῖς, ἢ τοῖς ἰδίοις αὐτῶν ἀγαθοῖς. *Multi aliorum malis plus gaudent, quàm proprijs bonis.*

Appen-

*Appendix.*

*Ponitur etiam Relatiuum* αὐτὸς *reciprocè more Attico, vt:*

*Psal. 103.* ἐγνώρισε τὰς ὁδὸς αὐτοῦ τῷ Μωϋσῇ, καὶ τοῖς υἱοῖς Ισραὴλ τὰ θελήματα αὐτοῦ. *Notas fecit vias suas Moysi: Et filys Israel voluntates suas.*

# DE ARTICVLO PRÆPOSITIVO.

## PRIMA REGVLA.

ADiectiuum postpositum suo substantiuo, si habet articulum, cohæret illi immediatè, & fit subiectum,

πλάτων ὁ ἀγαθός ἐστιν. *Ille bonus est Plato.*

*Si verò non, fit prædicatum, vt:*

πλάτων ἀγαθός ἐστιν. *Plato est bonus.*

## II.

Nominibus substantiuis subiecti loco positis, præponitur articulus, vt:

Iohan. 1. καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεὸν, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος. *Et Deus erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum.*

χαλεπὰ τὰ καλὰ. *Difficilia, quæ pulchra.*

*Menander.*

εἷς ἐστὶ δοῦλος οἰκίας ὁ δεσπότης.
*In qua & Seruus vnus est Herus domo.*

*Plato.* Φύσει εὐμετάβολον ζῶον ὁ φίλος. *Amicus est animal natura mutabile.*

## I. Appendix.

Hic articulus aliquando post interuallum aliquod, casum suum sequitur, vt:

*Isocr. Epist. 6.* ἐμοὶ μὲν ἀσφαλέστερος βίος εἶναι δοκεῖ καὶ βελτίων ὁ τῶν ἰδιωτεύοντων, ἢ τῶν τυραννευόντων. *Mihi securior & melior esse videtur priuatorum hominum vita, quàm regum & principum.*

Arti-

II.

*Articulus etiam repetitur, vt:*

*Aeschin. contra Timar.* τὸ πρᾶγμα τὸ τ' ἐπιμελήσεως καὶ πορνείας, ἀπεργάζεται ἀνθρώπους καταφρονητὰς μὲν τῶν θεῶν, ὑπερόπτας δὲ τῶν νόμων, ὀλιγώρους δ' ἔχοντας πρὸς ἅπασαν αἰσχρόν. *Impudicitia & scortatio reddit homines & contemptores Deorum, & despectores legum, & prorsus omnis probri negligentes.*

III.

*Est & vbi articulus suo casui postponitur, vt:*

*Plutar. in Apoht.* Ἰφικράτης χλευάζων ἔφησε στρατηγὸν φωνὴν εἶναι, τὴν ἣν οὐ προσεδόκησα. *Iphicrates dixit, turpissimam esse Imperatoris vocem, Non putaram.*

IIII.

*Articulus nonnunquam planè dissimulatur.*

III. REGVLA.

*Nominibus adiectiuis, quoties ad alteri-*

alterius declarationem pertinent, articulus additur, vt:

Aeschin cont. Timar. ὁ Σόλων ὁ τῶν νομοθετῶν ἐνδοξότατος, τὴν γυναῖκα, ἐφ' ᾗ ἂν ἄλλῳ μοιχὸς, οὐκ ἐᾷ κοσμεῖσθαι, οὐδ' εἰς τὰ δημοτελῆ ἱερὰ εἰσιέναι· ἵνα μὴ ταῖς ἀναμαρτήτοις τῶν γυναικῶν ἀναμιγνυμένη διαφθείρῃ. Solon legumlator celeberrimus, mulierem apud quam adulter fuerit deprehensus, ornari non sinit, nec in fana publica ingredi: ne suo interuentu & contagio integras matronas inficiat & corrumpat.

Διονύσιος Τριφωνι τῷ ἀγαθωτάτῳ χαίρειν. Dionysius Triphoni, illi optimo viro saluere.

Sæpè etiam omittitur articulus, præsertim in nominibus propriis & inscriptionibus.

Formulæ autem inscriptionis literarum hæ ferè sunt, vt:

Πλάτων δημοσθένει τῷ ἀγαθωτάτῳ χαίρειν. vel Πλάτων δημοσθένει τῷ ἀγαθωτάτῳ.

πάτῳ, vel πλάτων δημοσθενὴ εὖ πεάττειν, vel πλάτων δημοσθένη φιλοσόφῳ, vel πλάτων δημοσθενὴ ὑγιαίνειν, vel denique πλάτων δημοσθενὴ εὖ λέγειν, hoc est, *Plato Demosthenem S. P. D.*

## IIII.

*Articulus sine casu respondente, cum genitiuo nominis substantiui, possessionem significat, & tunc subauditur commodum aliquod nomen, vel Participiũ verbi substantiui εἰμὶ vt:*

τὰ τῶν φίλων κοινὰ. *Amicorum omnia communia.*

τὰ Ἡροδότε. *Scripta Herodoti.*

*Plutar. in Pædagog.* μεγαλαυχίας ἐμπίπλανται καὶ φρυάγματος οἱ γονέων λαμπρῶν *Superbia & fastu efferuntur clarorum hominum liberi.*

τὰ τ' πόλεως. *Negotia ciuitatis.* τὰ τῶν ἀνθρώπων. *Res humanæ.* τὰ τ' Θηβαίων κακῶς ἔχει. *Thebanorum res in infelici statu sunt.*

Addi-

*Additur et substantiuũ πρᾶγμα, vt:*

*Isocra.* τὰ τῶν θηρίων πράγματα κακῶς ἔχει.

*Eurip.* χώρας νοσούσης νοσεῖ κἀ τὰ τῶν θεῶν. *Cum regio affligitur, minus florent ea, quæ ad religionem resq; diuinas pertinent.*

*Idem.* χρόνια μὲν τὰ τοῦ θεοῦ, εἰς τέλος δ' οὐκ ἀσθενῆ. *Lenta quidem sunt opera diuina, sed tandem non sunt irrita.*

*Arist. Ethi. 5.* εὖ δοκεῖ ἔχειν τὸ τοῦ Βίαντος, ὅτι ἀρχὴ τὸν ἄνδρα δείξει. *Recte illud Biantis habere videtur: Magistratus virum indicabit.*

*Chrysost.* ἡ πόλις τότε ἐστὶν ἀθλιωτάτη, ὅταν τὰ τῆς πόλεως πράττῃ· ὅταν δὲ νεωτερίζῃ τὰ τῶν νέων, καταγελαστότερα ἔργα. *Cani tunc venerabiles existunt, cum quæ canis digna sunt, agunt. Cum autem iuueniliter se gerunt senes, maiori risu, quàm iuuenes digni erunt.*

*Isocr.* ὁ θεὸς τὰ τῶν ἀνθρώπων διοικεῖ. *Deus res humanas administrat.*

Me-

Menander.

Οὐκ ἔστι μείζων ἡδονὴ τοῦτης πατρὶ, ἢ σωφρονοῦντα καὶ φρονοῦντα ἰδεῖν τινὰ τῶν ἐξ ἑαυτοῦ. *Nulla est maior voluptas patri, quàm videre aliquem suorum liberorum modestum & prudentem.*

*Sunt autem ferè hæc substantiua, quæ in hac constructione subintelligenda sunt:*

ἄνθρωπος, υἱὸς, θυγατὴρ, γυνὴ, ῥῆμα, πρᾶμα, πρᾶγμα, *aut participium* ὤν *vel* ὄντα.

## V.

*Articulus sine suo nomine, præpositioni suum casum habenti præfixus, vult commodum aliquod subintelligi Participium, vt:*

πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. *Pater noster qui es in cœlis. Subintelligitur* ὤν.

*Matth.* 5. οὕτω γὰρ ἐδίωξαν τοὺς προφήτας τοὺς πρὸ ὑμῶν. *Sic persecuti sunt Prophetas, qui ante vos fuerunt.* τοὺς πρὸ ὑμῶν, *scilicet* ὄντας *aut* γεγονότας.

Grego-

*Gregori. Neocæsa.* ὁ τὴν ἡμέραν διδοὺς, καὶ τὰ εἰς τὴν ἡμέραν σοὶ δώσει. *Qui diem dedit, dabit etiam tibi, quæ in diem necessaria sunt.*

*Chrysosto.* τὰ παρὰ τῶν φιλουμένων καὶ σμικρὰ τυγχάνει, μεγάλα τῷ ποθοῦντι φαίνεται. *Quæ proficiscuntur ab illis, qui amantur, licet exigua sint, desideranti tamen magna videntur.*

*Plutar. in Pædagog.* παιδεία τῶν ἐν ἡμῖν, μόνον ἐστὶν ἀθάνατον καὶ θεῖον. *Eruditio sola ex omnibus, quæ in nobis sunt, immortalis & diuina est.*

*Coloss. 3.* τὰ ἄνω φρονεῖτε, μὴ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς. *Superna curate, non terrestria.*

*Isocr. ad Demo.* εὐσεβεῖν τὰ πρὸς τὸν θεὸν, καὶ τοῖς ὅρκοις ἐμμένειν, σημεῖον τῆς τῶν χρημάτων εὐπορίας. *Pietatem Deo debitam colere, & iuramenta seruare, felicitatis & vbertatis signa sunt.*

## *Appendix.*

*Idem fit cum articulo post substantiuum suum posito, adiectiuum additur, vt:*

*Plutar.*

Plutar. σκεύη τὰ μὲν καινὰ κρείττονα· φιλίαι δὲ παλαιότεραι. *Vasa quidem, quæ noua sunt, meliora sunt: sed amicitia præstat, quæ vetustior est.*

## VI.

*Articulus suo casui postpositus aut alieno etiam, reuocat antecedentia, & vim habet exponentis, vt:*

*Isocrat.* τὰς ἡδονὰς θήρευε, τὰς μετὰ δόξης. *Voluptates sectare, quæ cum gloria coniunctæ sunt.*

*Idem.* τὴν ὑγείας πλείστην ἐπιμέλειαν ἔχομεν, ὅταν τὰς λύπας, τὰς ἐκ τῆς ἀῤῥωστείας ἀναμιμνησκώμεθα. *Valetudinis tum summam curam habemus, cum dolorum sensus, qui ex ægrotatione proficiscuntur, memoria repetimus.*

*Latini hunc articulum cum nomine substantiuo iunctum, sæpè genitiuo vertunt. Vt:* τὰς λύπας τὰς ἐκ τῆς ἀῤῥωστείας, *Dolores ægrotationis. Aut si quando articulum repetunt, addunt verbum sub-*

*ſtantiuum: Dolores, qui ex ægrotatione ſunt. Sed hoc genus vſitatius eſt.*

## VII.

*Articuli præpoſiti verbis vel aduerbijs, mutant ea in nomina.*

*De verbis ſupra extant exempla in regulis de Infinitiuis.*

### De Aduerbijs Exempla.

#### Nazianze.

τί χρηστότητος δόγμα συντομώτερον;
τοιοῦτος ἴσθι τοῖς φίλοις καὶ τοῖς πέλας,
οἵους σεαυτῷ τοὺς δετυγχάνειν θέλεις.

*Quid poteſt breuius tradi de virtute?*
*Talis eſto erga amicos & proximos,*
*Quales erga te illos eſſe vis.*

*Iohan 8.* ὑμεῖς ἐκ τῶν κάτω ἐστὲ, ἐγὼ ἐκ τῶν ἄνω εἰμί. *Vos ex inferis eſtis, ego ex ſupernis ſum.*

*2. Cor. 4.* εἰ καὶ ὁ ἔξω ἡμῶν ἄνθρωπος διαφθείρεται, ἀλλ' ὁ ἔσωθεν ἀνακαινοῦται ἡμέρᾳ καὶ ἡμέρᾳ. *Quamuis externus homo noſter corrumpitur, internus tamen renouatur in dies ſingulos.*

*Arti-*

## VIII.

*Articulus pluralis cum præpositione* περὶ *vel* ἀμφὶ, *idem est quod proprium nomen solum, vt:*

οἱ περὶ πωῦλον, *vel* οἱ ἀμφὶ πωῦλον *pro* πωῦλος. τῶν περὶ πωύλων, *pro* πωύλου. *Et sic per reliquos casus & genera.*

*Dicunt autem,* οἱ περὶ πωῦλον ἔλεγε, *singulari verbo iuncto cum articulo plurali, &* οἱ περὶ πωῦλον ἔλεγον, *plurali verbo. Paulus dixit.*

*Nonnunquam hæ locutiones significant comitatum, vt:*

οἱ περὶ τ̃ καίσαρος. *Qui sunt partium Cæsaris, qui sunt factionis Cæsarianæ.*

*Acto. 13.* οἱ περὶ τ̃ πωῦλον. *Socij Pauli.*

## IX.

*Articuli cum particulis* μὲν *&* δὲ *habent locum in diuisionibus, vt:*

*Demosth. Epitap.* ἐξ ἀνάγκης συμβαίνῃ, ὅταν μάχη γίγνηται, τοῖς μὲν ἡττᾶσθαι, τοῖς δὲ

τοῖς ἢ νικᾶν. *Cum prælium committitur, necessariò euenit, vt alij succumbant, alij vincant.*

*Democri.* ζημίαν αἱρεῖ μᾶλλον, ἢ κέρδος αἰσχρόν· ἡ μὲν γὰρ ἅπαξ σε λυπήσει, τὸ δὲ ἀπαντός. *Eligas potius damnum, quàm turpe lucrum. illud enim semel tantũ te dolore afficiet, hoc verò semper.*

*Quod si plura membra ponuntur, quàm duo, semper in sequentibus membris* vox ἢ *cum articulo repetitur,* vt:

*Plato Epist. 9.* ἕκαστος ἡμῶν οὐχ ὡτῷ μόνον γέγονεν, ἀλλὰ τὸ γενέσεως ἡμῶν τὸ μὲν τι ἡ πατρὶς μερίζεται, τὸ δέ τι οἱ γεννήσαντες, τὸ δὲ οἱ λοιποὶ φίλοι. *Non nobis solum nati sumus, sed ortus nostri partem sibi patria vendicat, partem parentes, partem amici.*

*Refertur autem in his diuisionibus plerung,* ὁ μὲν *ad remotius,* ὁ δὲ *ad proximum, sicut Latinis ille & hic. Sed non id perpetuum est apud Græcos.*

Cato

*Cato.* κρεῖσσον καλῶς πένεσθαι μᾶλλον, ἢ πλουτεῖν κακῶς. τὸ μὲν γὰρ ἔλεον, τὸ δὲ ὀνείδισμον φέρει. *Melius est honestè pauperem esse, quam turpiter diuitem. Illud enim commiserationem, hoc verò reprehensionem adfert.*

## I. *Appendix.*

*Loco præpositiui articuli ponitur aliquando subiunctiuus, vt:*

*Rom. 14.* ὃς μὲν πιστεύει φαγεῖν πάντα, ὁ δὲ ἀσθενῶν λάχανα ἐσθίει. *Alius quidem credit vescendum esse quibuslibet, alius autem, qui infirmus est, oleribus vescitur.*

*Ibidem.* ὃς μὲν κρίνει ἡμέραν παρ' ἡμέραν, ὃς δὲ κρίνει πᾶσαν ἡμέραν. *Hic quidem iudicat aliquid interesse inter diem & diem, ille verò idem sentit de quouis die.*

*1. Cor. 7.* ἕκαστος ἴδιον χάρισμα ἔχει ἐκ θεοῦ, ὃς μὲν οὕτως, ὃς δὲ οὕτως. *Vnusquisq; proprium donum habet ex Deo, alius quidem sic, alius autem sic.*

## II.

*Sic ὁ articulus præpositiuus quandoq; habet vim pronominis demonstratiui, vt:*

*Demost. Philip. 3.* ἐκεῖνό γε αἰσχρὸν, ὕστερόν ποτ' εἰπεῖν, συμβάντος, τινὸς, τίς γὰρ ἂν ὠήθη ταῦτα γενέσθαι; νὴ τὸν Δία. ἔδει γὰρ τὸ τ' ποιῆσαι, καὶ τὸ μὴ ποιῆσαι. *Turpe illud est, si quid tandē acciderit, dicere, Quis hæc futura putasset? Herculè verò: Illud enim atq; illud faciendum fuerat, hoc verò omittendum.*

*Ponitur etiam pro relatiuo, vt:*

*Demost. Concion. Exor.* ἃ, τὸ ῥᾷστον ἁπάντων, ὑπολιμήσω μόνον, ἀλλὰ ἓν τρόπον ἄν μοι δοκῆτε ταῦτα ποιῆσαι, διδάξω. *Non, id quod factu facilimum est, tantum obiurgabo, sed quo pacto hæc à vobis fieri putem, explicabo.*

*Dion.* καὶ τὸ μέγιστον, πολεῖσι μὲν ἀηδῶς ζῶσι, πολεῖσι δ' ἡδέως ἀποθνήσκουσι. *Et quod maximum est, plurimi homines moleste*

*molestè viuunt, plurimi verò libenter moriuntur.*

## X. REGVLA.

*Si nomen adiectiuum, intellecto* ὢν *participio, sententiam auspicatur, addendus est articulus, vt:*

ὁ σοφὸς ἀριστοτέλης διαλέγεται. *Sapiens ille Aristoteles disserit.*

*Sin præponatur nomen proprium ipsi adiectiuo, idem geminandus est, vt:*

ὁ ἀριστοτέλης ὁ σοφὸς διαλέγεται.

*Omittitur autem, si substantiuum intercedat, vel verbo expressum, vel sensu receptum, vt:*

ἀριστοτέλης ἀνὴρ σοφὸς.

## XI.

*Quando duo substantiua coniunguntur, quorum posterius habet articulum, cohæret priori immediatè*

& subaudiendum est participium substantiuum, vt:

Αἴας ὁ υἱὸς τελαμῶνος πολεμεῖ. *Aiax, qui est filius Telamonis, belligeratur.*

Si verò non habet articulum, erit prædicatum, subaudito ἐστὶ, vt:

Αἴας υἱὸς τελαμῶνος. *Aiax filius est Telamonis.*

## XII.

*Articulus singularis & pluralis neutri generis, præponitur ornatus causa alij articulo genitiui casus substantiuum habenti, & abusiuè ponitur pro ipso nomine, vt:*

*Eurip. Alcest.* τὸ τῆς τύχης ἀφανὲς οὐ προβήσεται. *Fortuna quem euentum consecutura sit, incertum est.*

*Isocr. in Soph.* τίς οὐκ οἶδε τὸ τῶν γραμμάτων ἀκινήτως ἔχὸν καὶ μόνιμον καὶ ταὐτόν. *Quis nescit leges immobiles & immutabiles esse, & semper manere easdem.*

*Demosth.*

*Demost. 1. Olynth.* τὸ τῶν βαρβάρων ἄπιστόν ἐστι φύσει καὶ ἀεὶ πᾶσιν ἀνθρώποις. *Barbari natura & semper hominibus infidi sunt.*

*Idem in Concion.* τὰ μὲν τῆς τύχης ὀξείας ἔχει τὰς μεταβολάς. *Fortuna habet celeres mutationes.*

*Chrysosto.* οἱ πολλὰ πλημμελοῦντες, καὶ μὴ κολαζόμενοι, φοβεῖσθαι καὶ δεδοικέναι ὀφείλουσιν· αὔξεται γὰρ αὐτοῖς τὸ τῆς τιμωρίας, διὰ τὸ ἀτιμωρησίας καὶ τῆς μακροθυμίας θεῖον. *Qui sæpè peccant, nec puniuntur, hi metuere & vereri debent: augentur enim ipsis supplicia per supplicij tarditatem, & diuinam lenitatem.*

*Idem.* οὐκ ἐν τῇ φύσει τῶν πραγμάτων ἕστως, ὡς ἐν τῇ γνώμῃ τῶν ἀνθρώπων, τὸ τῆς εὐθυμίας ἵδρυται πέφυκεν. *Animi tranquillitas non tam in rerum conditione, quàm in mente & iudicio hominum consistere solet.*

## Dicunt igitur Græci in singulari.

| | | | |
|---|---|---|---|
| τὸ & τὰ. | τῆ τιμωρίας | pro | ἡ τιμωρία. pœna. |
| τοῦ & τῶν. | τῆ τιμωρίας | | τῆ τιμωρίας. pœnæ. |
| τῷ & τοῖς | τῆ τιμωρίας | | τῇ τιμωρίᾳ. pœnæ. |
| τὸ & τὰ | τῆ τιμωρίας | | τὴν τιμωρίαν, pœnam. |

## IN PLVRALI.

| | | | |
|---|---|---|---|
| τὸ & τὰ | τῶν τιμωριῶν, | pro | αἱ τιμωρίαι. pœnæ. |
| τῷ & τοῖς | τῶν τιμωριῶν, | | ταῖς τιμωρίαις, pœnis. |
| τὸ & τὰ | τῶν τιμωριῶν, | | τὰς τιμωρίας pœnas. |

Id ipsum

*Id ipsum autem fieri non solet in genitiuo plurali, ob κακοφωνίαν geminandorum eorundem articulorum, τῶν τ' ἡμωερῶν, &c.*

## XIII.

*Articulis à suis nominibus ita seiunctis, vt aliud quiddam intercedat, fit ipsa orationis compositio venustior, vt:*

*Demosth. 1. Olynth.* ἡ τῶν πραγμάτων αὐχμώη, ἀδεμίας ἐλάττων ζημίας τοῖς γε σώφροσι. *Sapientes & modesti homines non minus mouentur turpitudine, quàm damno aliquo.*

*Sophocles.* τὰ τ' τεκόντων ὄμματ' ἥδιστον βλέπειν. *Iucundissimum est parentum oculos seu vultum intueri.*

## XIIII.

*Omnibus vocibus, quæ τεχνικῶς efferuntur, seu, vt vulgus vocat, materialiter, præponitur τὸ, vt:*

τὸ βί-

τὸ βιβλίον, hæc dictio βίβλος. τὸ πόλις, hæc dictio πόλις.

τὸ, ἡ ἀνάπαυσις τῶν πόνων ἄρτυμά ἐστιν. *Illud dictum, Requies est condimentum laboris.*

*Iustinus de Trinitate.* σαφὴς ἔλεγχος ἀπιστίας, τὸ πῶς περὶ θεοῦ λέγειν. *Certissimum argumentum incredulitatis est, de Deo dicere, Quomodo.*

## CONSTRVCTIO PRÆPOSITIONVM.

### ἘΝ.

ἘΝ *construitur cum Datiuo, vt:*

*Basilius.* ἐν τοῖς παρὰ τῶν ἐχθρῶν διωγμοῖς πληθύεται ἡ ἐκκλησία καὶ μᾶλλον θάλλει. *In persecutione crescit & maximè floret Ecclesia.*

*Oraculum Sybillæ de cruce CHRISTI, citatum à Nicephoro.*

ὦ ξύλον μακάριστον, ἐν ᾧ θεὸς ἐξετανύσθη. *O lignum felix, in quo Deus ipse pepēdit.*

*Demosth.*

*Demoſt. pro Phœm.* ἔστιν ἐν ἐμπορίῳ καὶ χρήμασιν ἐργαζομένοις ἀνθρώποις, φίλεργον δόξαι, καὶ χρηστὸν εἶναι τὸν αὐτὸν, θαυμαστὸν ἡλίκον. *Eſt in mercatu & inter homines pecuniarum quæſtum facientes, eundem induſtrium videri, & probum eſſe, ingens miraculum.*

*Solon apud Stob.* ἀδεὶς μωρὸς σιωπᾶν ἐν συμποσίῳ δυνάται. *Nullus ſtultus in conuiuio tacere poteſt.*

## *Appendix.*

ἐν *nonnunquam Datiuo neglecto, cum Genitiuo conſtruitur, per Ellipſin Datiuorum* οἴκῳ, τόπῳ, *vel ſimilium, vt:*

*Chryſoſt.* τὸ ἐν ἅδῃ κακὰ ὁ θεὸν ἔχει αἴτιον, ἀλλ' ἡμᾶς αὐτούς· ἀρχὴ γὰρ καὶ ῥίζα τῆς ἁμαρτίας, τὸ ἐφ' ἡμῖν, καὶ τὸ αὐτεξούσιον. *Deus non eſt autor malorum apud inferos, ſed nos ipſi. Principium enim & radix peccati eſt arbitrium noſtrum, & voluntatis noſtræ libertas.*

ΕΣ ΕΙΣ.

ΕΣ vel εἰς *Accusatiuo gaudet, vt:*

*Nilus.* τὸ ἐλπισθὲν ἀγαθὸν εἰς τἐναντίον περιπεσὸν, ἀπροσμύθητον ἔχει τὸ πάθος. *Bonum speratum, si secus & in contrarium cadens nos fallat, affectum vix vllo mitigandum solatio gignit.*

## I. Appendix.

*Sed* εἰς ᾅδε *ad inferni, &* εἰς διδασκάλε, *ad præceptoris, dicuntur defectiuè, pro* εἰς οἰκίαν & διδασκάλε, *ad domum Præceptoris.* εἰς οἶκον ᾅδε. *In Plutonis domum.*

*Act. 2.* οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδε, οὐδὲ δώσεις τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν. *Non derelinques animam meam in inferno, neq; sines vt sanctus tuus videat corruptionem.*

εἰς δέον, *benè, rectè, vt:*

*Demosth. Philip. 1.* οἱ ταχὺ καὶ τήμερον εἰπόντες, οὐ μάλιστα εἰς δέον λέγουσι. *Qui subitò & ex tempore consilium dant, non optimè consulunt.*

*Ali-*

II.

*Aliquando* εἰς *pro* πρὸς *ponitur, vt:*

*Aristot. ad Alexandrum.* πρῶ τὴν ἀρχὴν μὴ εἰς ὕβριν, ἀλλ' εἰς εὐεργεσίαν κατατίθεσ. *Studeas potentiam tuam conferre ad beneficentiam, & non ad superbiam.*

III.

*Significat etiam cum certis verbis violentiam seu iniuriam, vt:*

*Demosth. contra Timar.* ὁ νομοθέτης ἐκώλυσε μηδ' εἰς σὲ δοῦλον ὑβρίζειν. *Legislator prohibuit etiam seruos iniuria & probro affici.*

*Idem Epist. 1.* τὸ πρεσβεύειν εἰς κήρυκα καὶ πρέσβεις, πᾶσιν ἀσεβὲς εἶναι δοκεῖ. *Caduceatorem & legatos violare, omnibus impium esse videtur.*

EK.

Ex vel ἐξ *genitiuo semper iungitur, & motum de loco significat, vt:*

*Chryso-*

*Chrysosto.* ἀρετὴ ἐκ προαιρέσεως, καὶ οὐκ ἀνάγκης γίνεται. *Virtus ex voluntaria electione, non ex necessitate oritur.*

*Libani.* αἱ ἐκ φίλων εἰς φίλους γινόμεναι λύπαι, δυσθεράπευτοι λίαν τυγχάνουσι, καὶ μείζους τῶν ἐχθρῶν ἔχουσι τὰς ἐπηρείας. *Amicorum offensiones ægerrimè conciliantur, & maioribus contumelijs aguntur, quàm hostium.*

*Habet autem hæc præpositio* κ, *sequente consonante, &* ξ, *si vocalis sequatur, vt:*

*Basilius.* ἔστιν ἐκ πόνων ὑγεία, καὶ ἐξ ἱδρώτων σωτηρία. *Labores sanitas comitatur, & salus sudores.*

*Notentur autem hæ Phrases, & similes, quæ per præpositionem* ἐκ *vel* ἐξ *efferuntur.* ἐκ νέου, ἐκ νέων, ἐκ παίδων. *Cicero ferè inquit, ab adolescentia, ab ineunte ætate. Item, iam inde ab adolescentia, iam inde à puero.* ἐξελθεῖν ἐκ παίδων. *Excedere ex pueris.* εὐθὺς ἐκ νέων ἐθίζεσθαι. *A teneris assuescere.*

ΣΥΝ

ΣΥΝ

ΣΥΝ, & ξὺν ἀττικῶς, Datiuo semper iungitur, vt:

Sopho. Thelamon ad filium Aiacem, profecturum ad Troiam:

τέκνον δορὶ βούλου κρατεῖν μὲν, σὺν θεῷ δ' ἀεὶ κρατεῖν. Mi fili, fortiter quidem pugnato, sed cum Deo, seu auxiliante Deo, semper studeas vincere.

Idem. σὺν τῷ θεῷ πᾶς καὶ γελᾷ καὶ ὠδύρετ. Deo volente quisq; ridet & flet.

ΠΡΟΣ.

Πρὸς cum genitiuo significat motum vel à persona, vel de loco, vt:

Homer. Οδυσσ. ξ. πρὸς γὰρ διός εἰσιν ἅπαντες ξένοιτε πτωχοίτε. A Ioue sunt omnes peregrini & mendici.

Item, per vel coràm, vt:

πρὸς θεῶν, per Deos. πρόστε θεῶν μακάρων, πρόστε θνητῶν ἀνθρώπων. Coram Dijs beatis, & coram mortalibus hominibus.

Cum Datiuo, Ad vel Præter, vt:

*Demost. pro Ctesiph.* ἐν τῷ τῶν δικαστῶν ὅρκῳ πρὸς ἅπασι τοῖς ἄλλοις δικαίοις, καὶ τοῦτο γέγραπται, τὸ ὁμοίως ἀμφοῖν ἀκρᾶσθαι. *Iudicum iureiurando illud etium præter cætera, quæ plena sunt æquitatis omnia, continetur: Eadem ratione vtrunq; esse audiendum.*

πρὸς τούτοις. *Adhæc, Præter hæc, Præterea.*

Cum Accusatiuo significat motum ad rem quampiam, non solum animatam, sed etiam inanimatam, vt:

*Sopho.* ὁ φθόνος πρὸς τὸν ἔχοντ' ἕρπει. *Inuidia illum comitatur, qui aliquid habet.*

*Solon.* σπάνιον εἴσαγε σὸν πόδα πρὸς τὸν φίλον, ἵνα μή σου πλησθεὶς, μισήσῃ σὲ. *Raro ad amicũ ingreditor, ne tui satur oderit te.*

*Basilius.* ἡδονὴ ἀγκιστρόν ἐστι τοῦ διαβόλου, πρὸς ἀπώλειαν ἕλκον. *Voluptas est hamus Diaboli, ad interitum trahens.*

*Nazian.* βραδὺ πρὸς ὑπόνοιαν κακοῦ,

τὸ πρὸς

τὸ πρὸς κακίαν δυσκίνητον. *Qui ad malum perpetrandum paratus non est, is ne ad mali quidem suspicionem facilis est.*

πρὸς τὸ παρόν. *Ad id quod agimus.*

*Significat & aduersus vel contra, vt:*

*Philonides apud Stobæ.* οὐκ ἔστιν ὑδεὶς ἄφλος ὁ δεδοικὼς νόμον, πρὸς οὗ πολεμιὸς δ' ἐστὶν ἀνδρείας κρίσις. *Non is qui legem metuit, dicendus est timidus: sed fortitudo in pugna aduersus hostes existimatur.*

*Chæremon.* πρὸς υἱὸν ὀργὴ οὐκ ἔχει χρηστὸς πατήρ. *Bonus pater non fouet iram contra filium.*

*Eurip.* πρὸς κέντρα μὴ λάκτιζε. *Ne contra stimulos calcitres.*

*Aut ERGA, vt Basilius.* ὅσοι τὴν πρὸς θεὸν τηροῦσι φιλίαν, τούτοις τὴν ἰδίαν παρέχει κοινωνίαν. *Quicunq; amorem erga Deum seruant, his ipse quoq; sui communicationem largitur.*

*Nilo.* τοιοῦτος ἴσθι πρὸς σοῦ σοὺς οἰκέτας.

οἷον ἔυχῃ σοι τὸν θεὸν ἡμέραν. *Talem te erga tuos famulos præbe, qualem tibi Deum optas.*

*AVT VSQVE AD. Eurip. Supplicib.* ἃ δ' ἂν μάθοι τις νέος, τῶνδε σώσασθαι φιλεῖ πρὸς γῆρας. ἕτω παῖδας εὖ παιδεύετε. *Quæ discit aliquis ab ineunte ætate, hæc retinere solet vsq; ad senectutem. Itaq; liberos benè instituite.*

*AVT APVD, vt Iohan. 1.* καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεὸν, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος. *Et verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum.*

*Chrysost.* Ἀντικείμενον ὁ χριστὸς καλεῖ διάβολον, ἐπειδὴ καὶ θεὸν πρὸς ἀνθρώπους διαβάλλει, καὶ ἡμᾶς πρὸς θεὸν, καὶ πάλιν ἡμᾶς αὐτοὺς πρὸς ἀλλήλους. *Aduersarium Christus appellat Diabolum, quia & Deum apud homines, & nos apud Deum, & nos ipsos in communi societate calumnijs deformat.*

*AVT INTER. Isocrat ad Demo.* ἀπέστειλά σοι τόνδε λόγον δῶρον, τεκμήριον μὲν πρὸς ἡμᾶς φιλίας. *Misi tibi hoc munu-*

munusculum, vt hæc oratio, familiaritatis, quæ inter nos est, sempiternum pignus esset.

ΑΥΤ CVM vt, Demosth. in Amator. τῶν τρόπων μέγιστον τεκμήριον, ἡ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους ὁμιλία. Morum maximum testimonium est, cum hominibus congressus.

Habet etiam locum in comparationibus, vt:

Aristot. Eth. 2. ὁ ἀνδρεῖος πρὸς μὲν τὸν δειλὸν, θρασὺς φαίνεται· πρὸς δὲ τὸν θρασύν, δειλός. Fortis si cum ignauo conferatur, audax: si cum audace, ignauus videtur.

Πρὸς ἡμᾶς ἐστὶν. In nostra potestate est. vt:

Philippus apud Plutar. πρὸς ἡμᾶς αὐτούς ἐστι τὸ καλῶς καὶ τὸ κακῶς ἀκούειν. In nostra potestate est, vt vel benè vel malè audiamus.

ΠΡΟ.

Πρὸ pro, ante, præ, semper adsciscit genitiuum, vt:

*Philon.* ἀμήχανον τὰ μεγάλα πρὸ τῶν μικρῶν παιδευθῆναι. *Non potest fieri, vt magna discantur ante parua.*

*Theodoret. Dialogo 2.* Διὰ ταῦτα μὲν οὖν, οὐ πρὸ τοῦ πάθους, ἀλλὰ μετὰ τὸ πάθος τῶν θυρῶν κεκλεισμένων, ἔστη τῶν μαθητῶν μέσος ὁ κύριος, ἵνα γνῷς ὅτι καί σου τὸ ψυχικὸν σῶμα σπαρὲν, ἐγείρεται σῶμα πνευματικόν. *Ideo non ante passionem, sed post passionem ianuis clausis stetit in medio discipulorum Dominus, vt scias etiam tuum animale corpus post resurrectionem fore spirituale.*

*Demost. De Pace.* οἱ μὲν σώφρονες ἄνθρωποι πρὸ τῶν πραγμάτων εἰώθασι χρῆσθαι τῷ βουλεύεσθαι· οἱ δὲ ἄφρονες μετὰ τὰ πράγματα. *Prudentes viri ante rem solent deliberare, stulti verò re iam confecta.*

## ANA.

ἀνὰ *Per, singillatim vel circiter, regit accusatiuum, vt:*

*Home.* νοῦσον ἀνὰ στρατὸν ὦρσε κακὴν ὀλέκοντο δὲ λαοὶ. *Morbum malum per exer-*

*exercitum excitabat, periernnt autem populi.*

*Iohan. 2.* χωροῦσαι ἀνὰ μετρητὰς δύο. *Capientes singulæ circiter metretas binas aut ternas.*

*Cum Datiuo poëticè pro* σὺν, *vt:*

*Homer. iliad. α.*

χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ. *Aureo cũ sceptro.*

## KATA.

κατὰ *Cum genitiuo significat contra, aduersus, vt:*

*Nazianze.* ἐπὰν ὀργισθῆς κατ' ἐμοῦ λοιδορήσαντος, ἐβεβαιώσας τὰ ὀνείδη. τί γὰρ ὀργῆς ἀφρονέστερον; ἐὰν δὲ μείνῃς ἀόργητος, ἤσχυνας τὸν ὑβρίσαντα. *Si commoueris aduersus conuicium facientem, probra confirmas. quid est enim ira insipientius? Sin vero iram moderaris & lentus fueris, pudore afficis iniuriam facientem.*

*Significat & de, vt:*

κατὰ τῆς ἀρετῆς φευκτέον. *De virtute dicendum est.*

*Sed κατ' ὀλύμπιο κορυφῶν, ab Olympi verticibus. Ponitur κ pro ἀπὸ poeticè.*

*Cum Accusatiuo secundum, vt:*

*Aristot. in Ethi.* κ τὰ ὐσίαν ἡ ἐλευθεριότης λέγε. *Secundum facultates, seu ex facultatibus, omnis ponderanda liberalitas est.*

*Basilius.* σκορπιζόμενο ὁ πλοῦτο καθ' ὃν ὁ κύριο διετάξε τρόπον, πέφυκε παραμένειν· σωρευόμενο, ἀλλοτριοῦσθαι. *Si diuitiæ sparguntur eo modo, quem Dominus præscribit, remanere solent: sin retineantur, alienari.*

*Theodoret.* κ τὸ ποῖον τίνων, ὁ κ τὸ πόσον, σύμμορφα ἔχειν τῷ δεσποτικῷ σώματι τῶν ἁγίων τὰ σώματα. *Corpora Sanctorum erunt conformia Dominico corpori secundum quale, non secundum quantum. Id est, non secundum gradus donorum. Sicut solis maior lux est, quàm stellarum, etsi ipsæ quoq; sunt lucida corpora.*

*Hoc modo significat & tempus, vt:*

*Democr.*

*Democr.* τὰ μέγιστα τῶν κακῶν οἱ πένητες ἐκπεφεύγασιν, ἐπιβουλὴ, φθόνον, καὶ μῖσος, οἷς οἱ πλούσιοι καθ' ἡμέραν συνοικοῦσιν. *Pauperes maximis malis non infestantur, vt insidijs, inuidia, & odio, quibus diuites expositi sunt quotidiè.*

*Sic dicitur,* καθ' ἡμᾶς γέγονεν. *Nostris temporibus factum est.*

κατ' αὐτὸ, PER SE, *vt:*

*Arist. Ethi. 1.* αἱ κατ' ἀρετὴν πράξεις τοῖς φιλοκάλοις εἰσὶν ἡδεῖαι καὶ καθ' αὑτάς. *Virtutis studiosis actiones virtutis iucundæ sunt etiam per se.*

κατ' ἑαυτὸν *etiam facultatem denotat, vt:*

*Demosth. Epist. ad Philip.* πιθανὸν εἰκὸς τ' μεῖζον φορτίον, ἢ καθ' ἑαυτὸν ἁράμενον. *Casurum eum esse verisimile est, qui onus maius viribus suscipit.*

*Significat & cum hoc casu, Propter, vt:*

*Aristo. lib. 2. Eth.* κατὰ τὰς ἀρετὰς ἐπαινούμεθα. *Propter virtutes laudamur.*

QVOAD, vt: κ᾽ τὸ δυνατὸν. Quoad fieri potest, vel quoad eius fieri potest.

PRO, vt: κατ᾽ ἀξίαν. pro dignitate.

IN, vt: Basilius. πεφύκασί πως αἱ καθ᾽ ὕπνον φαντασίαι, ὡς τὰ πολλὰ ἀπηχήματα εἶναι τ῀ μεθημερινῶν φροντίδων. Solent ferè imaginationes in somnis, vt plurimum respondere curis diurnis.

Κατὰ πλάτωνα, κ᾽ θεόγνιν &c. Non latinè redditur, Secundum Platonem, vel Theognidem: Sed, vt traditum est à Platone, vt Plato tradit, vt est apud Platonem, &c. κατ᾽ ἐμὲ δόξαν, Mea sententia, meo iudicio.

## I. Appendix.

Illæ orationes Græcorum, in quibus κ᾽ iungitur cum accusandi casu, sæpe per præpositionem Ex, reddendæ sunt, vel cum aduerbio congruenter seu conuenienter, cũ dãdi casu, vt:

Aristo. κ᾽ λόγον ζῆν κ᾽ τεθνᾶναι. Viuere & mori ex ratione, vel conuenienter rationi obire morte & viuere. Idem.

*Idem Ethico.* κατὰ πάθος ζῆν *Vitam ex libidine agere.* ζῆν κατὰ τὸ πρόσταγμα τοῦ παιδαγωγοῦ. *Viuere ex præscripto pædagogi.*

κατὰ ἀρετῆς ζῆν. *Ex virtute viuere.* κατὰ συνθήκην, *ex instituto.*

*Arist. in Categorijs.* ποιότητα δὲ λέγω, καθ' ἣν ποῖοί τινες λέγονται. *Qualitatem autem dico, ex qua quales aliqui nominantur.*

## II.

*Habet & locum in comparationibus, vt:*

*Aristo.* ἀμείνων ἢ κατὰ λόγους. *Melior quàm vt cum orationibus comparetur.*

## ΔΙΑ.

Διὰ *cum genitiuo significat per, vt:*

*Basilius.* οὐ πάντων θεὸς ὁ θεὸς, ἀλλὰ τῶν οἰκειωθέντων αὐτῷ διὰ τῆς ἀγάπης. *Deus non omnium Deus est, sed eorum qui per caritatem in ipsius quasi familiam recepti & ipsi coniuncti sunt.*

Eua-

*Euagrius.* ἄτοπόν ἐστι διώκοντα τοὺς τιμὰς, φεύγειν τοὺς πόνους, δι' ὧν αἱ τιμαὶ. *Absurdum est expetentem honores fugere labores, per quos honores comparantur.*

*Cum accusatiuo propter, vt:*

*Chrysosto.* Φεῦγε τὴν τέρψιν διὰ τὴν θλῖψιν. *Fuge voluptatem propter comitem eius afflictionem.*

*Apollon.* ὁ τὸ πένεσθαι κατὰ φύσιν οὐκ αἰσχρὸν, ἀλλὰ τὸ δι' αἰσχρὰν αἰτίαν πένεσθαι, ἀνάλγητον. *Paupertas non turpis est secundum naturam, turpem verò ob causam pauperem esse, dedecus est.*

*Aesch. cont. Timarc.* οἱ πρεσβύτεροι τῷ μὲν εὖ φρονεῖν ἀκμάζουσιν· ἡ δὲ τόλμα ἤδη αὐτοὺς ἄρχεται ἀπολείπειν, διὰ τὴν ἐμπειρίαν τῶν πραγμάτων. *In natu maioribus viget prudentia, audacia verò eos deficere incipit, propter vsum rerum.*

## META.

Μετὰ *cum genitiuo significat Cum, vt:*

*Diode-*

*Diodorus.* κρεῖττόν ἐστιν εὖ τεθραμμένην λαβεῖν γυναῖκα ἄπροικον, ἢ κακῶς μετὰ χρημάτων. *Melius est bene educatam vxorem ducere indotatam, quàm malè educatam cum magna dote.*

*Chrysosto.* ῥᾷον ἄν τις συμφορὰν τὴν χαλεπωτάτην φέροι μετὰ φίλων, ἢ μόνος εὐτυχίαν τὴν μεγίστην. *Facilius quis cum amicis grauissimam calamitatem fert, quàm solus vel maximam prosperitatem.*

*Hippocra. lib. 6. Aphoris. 53.* αἱ παραφροσύναι αἱ μετὰ μὲν γέλωτος γινόμεναι, ἀσφαλέστεραι, αἱ δὲ μετὰ σπουδῆς ἐπισφαλέστεραι. *Deliriationes coniunctæ cum risu, securiores: At coniunctæ cum studio, periculosiores sunt.*

*Cum Datiuo, cum vel inter, poëticè, vt:*

*Hesiod.* δεινὸν γὰρ πόντῳ μετὰ κύμασι πημανθῆναι ὕδατος. *Miserum est inter maris fluctus in malum incidere.*

*Homer.* αὐτὸς δ' μετὰ πρώτοισι πονεῖτο. *Ipse verò inter primos laborabat.*

Cum

Cum Accusatiuo significat post, ad, vt:

Chrysosto. ἐχ ἕτω τοὺ ἁμαρτάνοντας, ὡς τοὺ μὴ τὴν ἁμαρτίαν μὴ συστελλομένους, ἀποστρέφεσθαι εἰώθεν ὁ θεός. *Deus non tam peccantes, quam illos, qui post peccata non contrahuntur animo, nec tristantur, auersari solet.*

Demosth. Aristogit. οἱ νόμοι μὴ τὸν θεὸν ὁμολογοῦντα σώζειν τὴν πόλιν. *In confesso est, leges proximè & secundum Deum conseruatrices esse Reipublicæ.*

Homer. Iliad. α.

ζεὺς γὰ ἐπ' ὠκεανὸν μετ' ἀμύμονας αἰθιοπῆας
χθίζος ἔβη μὴ δαῖτα, θεοὶ δ' ἅμα πάντες ἕποντο. *Iupiter enim vltra Oceanum, ad egregios Aethiopes, Heri iuit ad conuiuium, Dij autem omnes sequebantur.*

ΠΑΡΑ.

παρὰ Cum genitiuo significat motum à persona, vt:

λάμβα-

λάμβανε καὶ βουλὴν παρὰ οἰκέτου εὖ φρονέοντος. *Consilium serui non aspernare fidelis.*

*Demo.* ὑγείαν ἔχειν παρὰ θεοῦ αἰτοῦντ) οἱ ἄνθρωποι, τὴν δὲ ταύτης δύναμιν παρὰ ἑαυτοῖς ἔχοντες οὐκ ἴσασιν. ἀκρατείᾳ γὰρ τὰ ἐναντία πράσσοντες, αὐτοὶ προδόται τῆς ὑγείας γίνοντ). *Homines à Deo sanitatem petunt, ignorant autem quod eius potestatem penes sese habeant. Nam per incontinentiam facientes ei contraria, ipsi proditores sanitatis existunt.*

*Plutarch.* οὔτε παρὰ νεκροῦ ὁμιλίαν, οὔτε παρὰ φιλαργύρου χάριν δεῖ ἐπιζητεῖν. *Nec à mortuo colloquium, nec ab auaro beneficium petendum est.*

*Aeschin.* παρὰ τῶν δικαστῶν ταῦτα καὶ μὴ δεηθεῖσι δίκαιόν ἐστιν ὑπάρχειν, μηδεμίαν χάριν, μήτε ἄνδρα, ποιεῖσθαι περὶ πλείονος, ἢ τὸ δίκαιον καὶ τὸν ὅρκον. *A iudicibus hæc, etiam non rogantibus præstari æquum est, Vt neq; gratiam vllam, neq; virum plurisfaciant, quàm æquitatem et iusiurandum.*

Cum

Cum Datiuo, apud, propè, vt:

Chrysost. ἀδὲν ἔτως ἰσχυρὸν παρὰ ἀνθρώποις, ὡς συνηθείας παλαιᾶς τυραννίς. *Nihil tam firmum est apud homines, quàm veteris consuetudinis tyrannis.*

Idem. ἔστι κὰ παρὰ ἀνθρώπῳ μικρῷ καὶ ἐυτελεῖ εὑρεθῆναί τι τῶν δεόντων, ὃ παρὰ τῷ σοφῷ κὰ μεγάλῳ πολλάκις οὐχ εὕρηται. *Licet vel apud exiguæ ac obscuræ sortis hominem oportuni quippiam inuenire, quod apud sapientem & magnum aliquem multoties inuentum non est.*

Cum Accusatiuo significat Ad, præter, contra, propter, supra, vltra, post, & tempus &c. Item in, vt:

Isocr. in Plat. εἰκὸς ἕνα μὴ ἕκαστον τῶν παρὰ δίκαιον δυστυχούντων ἐλεεῖσθαι. *Iustum est affici misericordia omnium, qui præter meritum affliguntur.*

Vlpian. in Demosth. αὐτῶσι τὸ φρόνημα τῶν ἐλευθέρων οἱ παρ' ἀξίαν εὖ πράττοντες. *Offendunt animos ingenuorum hominum, indignorum res secundæ.*

Demost.

*Demost. 1. Olynth.* τοὺς ἀνθρώπους ταράττει τὸ παρὰ γνώμην γεγονὸς. *Homines turbat, cum praeter expectationem aliquid accidit.*

*Idem Philip. 2.* οἱ φαῦλοι παρ' ἃ τῷ λογισμῷ βέλτιστ' ὁρῶσι, πολλὰ πράττουσι. *Improbi multa contra animi sui iudicium faciunt.*

*Aristo.* οὐ παρὰ τὸν χρόνον ἡ ἔλλειψις, ἀλλὰ διὰ τὸ κατὰ πάθος ζῆν. *Non est vitium in tempore, sed in moribus.*

ANTI.

ἀντὶ *semper construitur cum Genitiuo, et significat pro vel contra, vt:*

οἱ ἀγαθοὶ ἀντὶ μικρῶν οἴδασι χάριν. *Boni pro paruis etiam sunt grati.*

*Isocr.* καλὸν ἀντὶ θνητοῦ σώματος ἀθανάτου δόξαν ἀντικαταλλάξασθαι. *Pro mortali corpore immortalem gloriam acquirere, pulchrum est.*

*Prouerb.* ἀντὶ χαρίεντος ἰατροῦ κακὸς ποιητὴς καλεῖσθαι ἐπιθυμεῖς. *Pro venusto medico malus poeta dici cupis.*

## ἐπὶ Cum genitiuo IN, vt:

πλούταρχος παρεκελεύετο τοῖς νέοις τρία ταῦτα ἔχειν. ἐπὶ μὲν τῆς γνώμης σωφρονεῖν, ἐπὶ δὲ τῆς γκώττης σιγὴν, ἐπὶ δὲ τοῦ προσώπου αἰδῶ. *Plutarchus iuuenes hortabatur, vt hæc tria habere curarent: in animo temperantiam, in lingua silentium, in vultu autem pudorem.*

*Nazianzenus.*

ἀΐδιον καλέω θεοῦ υἱὸν πάντα κρατοῦντος,
ἀνθρώπων σωτῆρα ἐπὶ ξύρου ἤδη ἐόντων.

*Inuoco filium Dei omnipotentis, seruatorem hominum versantium in acie nouaculæ, id est, in periculo, quod humanis consilijs extricari non potest.*

*Phocion.* ζῆν κρεῖττόν ἐστιν ἐπὶ στιβάδος κατακείμενον ἢ θαρρεῖν, ἢ ταράττεσθαι χρυσῆν ἔχοντα κλίνην. *Satius est humi cubantem viuere, & bono animo esse, quàm perturbatum in aureo lecto.*

*Vlpian. in 2. Olynth.* μένειν ἐπὶ τῶν αὐτῶν οὐχ οἷόν τε τὰ ἀνθρώπινα. *Ea rerum humanarum conditio est, vt in eodem statu manere non possint.*

ἐφ' ἡ-

ἐφ' ἡμῶν, *Nostra ætate.*

*Aeschin.* τί τῶν ἀνελπίστων καὶ ἀπροσδοκήτων ἐφ' ἡμῶν οὐ γέγονε; *Quid insperati, quid inexpectati nostra ætate non accidit?*

## Cum Dativo significat Propter, vt:

*Isocrat.* ὁ μεμνημένος τί ἐστιν ἄνθρωπος, ἐπ' οὐδενὶ τῶν συμβαινόντων δυσχεραν̃εῖ. *Qui meminit quid homo sit, propter nullum euenientem casum immodicè tristabitur.*

*Isocrat.* οὐκ ἔστι σοφοῦ ἐπὶ τοῖς παροῦσι μέγα φρονῆσαι. *Non est sapientis propter maiores arroganter de se sentire.*

*Aut* IN, *vt: Dion.* ταὐτόν ἐστι ἐπὶ εὐτυχίᾳ μεγαλοφρονεῖν, καὶ ἐπὶ ὀλισθηρᾶς ὁδοῦ ταχυδρομεῖν. *Idem est in secunda fortuna superbire, & in lubrica via cursu contendere.*

